DISSERTATIO JURIDICO-POLITICA. DE PACTO CONFRATERNITATIS ...

Benedikt Carpzov, Peter Gerike

IN NOMINE JESU CHRISTI:

DISSERTATIO JURIDICO-POLITICA,

DE

PACTO CONFRATERNITATIS SAXONICO-HASSIACÆ.

Hoc est:

Successionis reciprocæ inter Serenissimos Saxoniæ Duces, & Hassiæ Landgravios Illustrissimos.

I.

NUNQVAM non homines solliciti fuêre 1
de certo herede & futurô bonorum suorum posses-
sore, usq; adeò, ut ex qvâdam qvasi conspiratione
veteres in communem consenserint successionis le-
gem, attestante Stephanô Paschasiô, Consiliariô
Regiô, de uniformi legum in successionibus tenore,
hisce verbis: † *Si nous voulons rechercher les histoires plus haut, nous trou-* 2
verons, que non seulement les Francois, mais aussi la plus part des peuples,
qui sortirent du profond de la Germanie, eurent ceste loy affectée, & en re-
commendation sur toutes autres &c. Et postea, recensitis Gallorum,
Vandalorum, Gothorum & Anglorum legibus successoriis, † sic con- 3
cludente: *De facon, que nous pouvons presque dire, que ce fut une Loy,*
qui couroit generalement entre les germains, lors, qu' ils se desborderent
dentre l' Empire de Rome &c. lib. 2. des Recherches de la France, cap. 16.
Idq; ut † vel posteris prospicerent de lucro hereditario, vel qvòd hoc 4
extraneis inviderent, cùm perqvam lugubre sit pertimescere antiqva
majorum prædia ad externas tandem pervenire manus, *l. in fundo. ff.*
de Rei vendicat. aut qvod maximè dolendum, † jure caducitatis cede- 5
re fisco, *l. 4. C. de bon. vacant. lib. 10.* Anton. Peregrin. *lib. 4. de jur. fisci.*
tit. 3. n. 3. Herm. Lather. *de censu, lib. 3. cap. 1. n. 10.* Ex qvo varii provene-

 runt

6 runt † translationum modi: testamentaria scilicet successio, Adoptio, Unio prolium: Renunciatio hereditatis &c. Bartol. Muscul. *de confrat. vol. 1. disp. Basil. 16. concl. 1.*

II.

7 Eò magis autem † sollicitudo hæc sensa & pectora Principum
atq; Magnatum occupavit, qvò majus ex indifferente successione incertóq; herede Reipublicæ pariter & subditis imminet periculum:
8 Principe siqvidem sine certô successore defunctô, † Regnum vel Principatus facilè in partes distrahitur, inq; aliam Rempublicam mutatur, vel ad pristinum relabitur statum, qvod per designationem incerti heredis exemplô qvasi probavit Alexander Imp. qvi teste *Justino*, rogatus, qvem heredem faceret Imperii, respondit dignissimum, qvâ voce, veluti bellicum, ut verba habent *Justin.* inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ immisisset, ita omnes in æmulationem
9 consurgunt, & ambitione vulgi tacitum favorem militum qværunt. †
Eandemq; distractionem experta est Polonia, in qvâ cùm stirps Lechi defecisset, comitiis de constituendâ Republicâ habitis, Regnum
10 duodecim invaserunt Nobiles: † ac rursum cùm Stirps Craci esset
extincta, ad eandem oligarchiam eâdem occasione reversi sunt. Ut hinc de successore vel generali saltèm sanctione facta provisio pro
11 arcanô habeatur † Regiô adversus Regni proceres, Arnold. Clapm.
de arcan. Rerumpubl. lib. 2. cap. 21. Scilicet, qvia certitudo ac regula præscripta Successionis, aliorum spem tollit, ut ait Tacit. *lib. 3 annal.*
12 Qvin † & in favorem subditorum cedit, qvorum haut parum interest, certos saltèm ratione generis ac familiæ esse Principatuum Successores, qvò sciant, in cujus tandem aliqvando transituri sint potestatem, ne alienis & peregrinis subjiciantur Dominis, *arg. l. invitum 44. ff. de fideicommiss. libert. l. 43. ff. de act. emt.* Nicol. Bets. *in tract. de Stat.*
13 *illustr. famil. cap. 5. pag. 121.* † Vix ullô ideòq; in Regnô ac Principatu
leges licet reperire fundamentales, in qvibus de novô successore vel ratione electionis, vel sangvinis seu juris hereditarii nil sit provisum, Reinh. König *in dissert. polit. de Statu Imper. Roman.* apud Melchior.
14 Goldast. *in polit. Imper. part. 14.* † Rei hujus in nostrô cui subjecti vi-
vimus Imperiô, si alios intueri Principatus haut lubeat, testimonium præbet locupletissimum, sanctio Caroli IV. Imp. de eligendô novô successore, qvam vulgò Auream Bullam vocant, & pro lege fundamentali

mentali habent, Gerlac. Buxdorff. *ad A.B. in pr.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 7. de Republ. cap. 19. n. 17.* Petr. Heig. *lib 1. quæst 5. n. 2.* † Cui si a- 15
liam addiderim, qvam suppeditat Capitulatio Cæsarea in §. Und insonderheit sollen und wollen wir Uns auch ꝛc. haud parum firmabitur de futurô successore ArchiPrincipum Electorum sollicitudo, Jul. Pflug. Episc. Naumburg. *in Orat. de Republ. german. curandá.*

III.

Non minorem † hâc de re curam invasisse qvondam Proceres 16
Galliæ, certiores nos reddit notissima illa lex fundamentalis, qvam vulgò Salicam vocant, (vel † qvòd Galli in lingvâ suâ appellitentur 17
Saliens Estienne Pasquier *de recherches de la france, livr. 2. chap. 16. pag. 176.* Molin. *in consuetud. Paris. tit. 1. §. 6.* Paradin. *de antiq. Burgund. stat. cap. 10. pag. 75.* † Vel à Sale, sive pro licitô condimentô : sive aulâ Saal/ 18
sive etiam pro flumine Salâ, cujus Franci Orientales olim accolæ fuerint, voculam hanc accipiamus, prout mire hâc in re, qvâ parum momenti subest, variant politici, Claud. de Seysell. *de la loy Salique, p. 85.* Choppin. *de doman. gallic. lib. 3. tit. 1. n. 2.* Besold. *lib. 1. dissert. nomicopol. dissert. 11. n. 8.* † & derivationes benè multas ex aliis cumulat 19
Joh. Limn. *lib. 2. jur. publ. cap. 2. n. 26. usq; ad n. 38.*) Qvæ hisce posita legitur verbis : † *En la terre salique aucune portion de l' heritage ne vienne* 20
à la femelle : Ains le Sexe viril acquiert la possession. Vel ut alii : *La Couronne de France ne tombe pas en quenouille*, h. e. Non cadit in colum & filum Gallorum Imperium. Vel : *Les lys ne scavent point filer* : Lilia non nent, Pierre Matthieu *livr. 2. de l' histoire de Henry IV. narrat. 1. p. 465.* Nimirùm † vetat Lex Salica fœminas Regno præesse, ne per in- 21
directum ad externam familiam id transferatur : aut Franci præ aliis generosi & bellicosi muliebri imperio subderentur, & per fœminarum dominationem à masculá virtute degenerantes, tandem & ipsi effœminarentur, Limn. *dict. cap 2. n. 45.* Joh. Bodin. *lib. 1. cap. 8.* Si non etiam † Cleopatræ Ægyptiacæ, Messalinæ & Faustinæ Imperatricum, 22
ac Fredegundis Gallicæ, qvæ omnes flagitiorum sordidæ fuerunt cloacæ, infelix memoria nigrum theta sceptris fœmineis in Galliâ præfixerit, ut suspicatur Joach. Ernest. Dux Holsat. apud Frider. Achill. *de principat. inter provinc. Europ. in Orat. pro Gallia* † Nec sa- 23
tis per Legem Salicam futuræ successioni prospectum arbitrati fuère Proceres Galliæ, si non aliam de primogeniturâ addidissent, qvam

 hisce

24 hisce verbis profert Natalis Comes: † *Lex est Gallorum, quæ sanctis-*
simè servatur, ne facultates familiarum distrahantur in plures partes per
divisionem filiorum, ut universum Gallorum patrimonium ad primogenitos
tantùm perveniat: reliqui filii, qui Cadetti vocantur, id tantum conse-
quuntur vel ex amplissimis patrimoniis, quod victui & vestitui satis sit, o-
mni prorsus pecuniæ facultate obliteratâ; mortuo primogenitô, pro ætа-
te succedunt, lib. 12. histor. de Anno 1559. fol. 266. cujus etiam meminit
Jacob. à Petra *in pract. tit. de success. feudi. n. 63.* & Vincent. Cabot
lib. 1. var. jur. disputat. cap. 13.

IV.

Parilis † solicitudo de futuro herede ac successore extorsit Le-
25 gem in Regno Gotho hispanorum fundamentalem, circiter *anno*
Domini 720. Ut regis filius primogenitus, vel major, si deesset, pri-
mus, si pater fuerit Catholicus, cujuscunq; etiam minimæ ætatis
substituatur in regnum: Si autem desit filius masculus, filia ejus, or-
dine prædictô adsumatur in Dominam; & illa Magnatum Gotho-
rum providentiâ de Nobilibus Gothis accipiat virum, de quo regalis
posteritas cõservetur. Legem hanc referunt Palacios Ruvios *in tract.*
de obtent. regn. Navarræ, part. 6. n. 9. & seq. & Molina *lib. 1. de Hispan.*
26 *primogen. cap. 2. n. 13.* Cui planè similis est † in Regno Lusitanico seu
Portugallico, Lex mentalis, Johannis I. Regis Portugalliæ, ad favorem
Patrui lata, Emanuel à Costa *in tract. de success. patr. & nepot.* Anton.
Gamma *decis. 307.* quæ inter alia à successione in Regno excludit
sobolem ultimi possessoris, quæ fuerit Ordinis sacri aut beneficiatis
atq; universim omnis, qui de solá Ecclesiæ jurisdictione fuerit, licet
Soboles legitima illius virilis ac per lineam virilem sit; & quæ sunt
alia de successione hujus Legis capita, ab Eduardo in scripturã reda-
cta in *Ordin. Lusitan. tit. 17.* de quibus videatur Molina Jesuita *de justit.*
& jur. tom. 3. part. 1. tract. 2. disp. 576. n. 10. & disp. 630. Non certè a-
27 lio † fine, quâ ut posteris de modo succedendi, certoq; Regni successore
fore constaret: in quem etiam collimat vetustissima Lex Anglo Bri-
28 tannorum, † ut si filium non habeat qui defunctus, terra ad proxi-
mum paternæ generationis consangvineum pertineret, Favin. *lib. 11.*
29 *histor. Navarr.* Plures † ejusmodi plurimorum Regnorum sanctio-
nes de successionibus congessit Melch. Goldast. ab Haiminsfeld in
tractatu insigni, quem conscripsit *de Majoratu*, imprimis *lib. 1.*

V. At

V.

Ac ne Proceres saltèm Regnorum nimiæ arguamus curiositatis,
† inferiores qvoq; Principes simili affectu gravatos videmus; Vix 30
namq; unum reperiemus, cui non Leges successionis antiqvitùs sint
præscriptæ, vel ex conventione promulgatæ, usq; adeò, ut Principes
ac Duces etiam in testamento de futuro regimine instituendo, cer-
tâq; personâ ei præficiendâ haut rarò sibi sumserint potestatem; Etsi
enim † in feudis ex pacto & providentiâ, prout sunt Ducatus & 31
Principatus, nihil in præjudicium Successorum disponere liceat neq;
per testamentum, neq; inter vivos, Marian. Socin. jun. *consil. 65. n. 19.*
Ludolph. Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. n. 3.* Matth. Wesemb. *cons.
41. n. 105. & seqq.* † Qvin & feuda dignitatum speciali jure non ad- 32
mittant ullam successionem hereditariam, nec tàm ex causâ succes-
sionis hereditariæ deferantur, qvàm ex pactô & investiturâ, *cap. un.
de feud. Marcb.* ubi Bald. Anton. Faber *in consultat. de Ducat. Montis-
ferr. pro duce Sabaud. part. 1. p. 120.* Ernest. Cothman. *vol. 5. consil. 1.
n. 195. & vol. 1. consil. 41.* In tantum, † ut ne qvidem primogenitus 33
aut alius proximior, cui regimen ac Principatus debetur, id vi testa-
menti vel alterius dispositionis capiat, Carol. Molin. *in consuet. Paris.
tit. 1. §. 8. gloss. 3. n. 9.* Martin. Laudens. *de princip. quæst. 380.* ex qvo
Crantz. scribere haut veritus fuit: Ædes eqvidem, agros, vineas &
his similia testamentô dari audivimus, Regnum autem vel Principa-
tum præstari chartæ beneficiô, prodigii locô habendum est, in *Dan.
lib. 2. cap. 3.* † Attamen usu saltèm in omnibus fere Principum Ger- 34
maniæ familiis testamentariæ dispositiones freqventantur, in qvi-
bus vel æqvis vel inæqvalibus portionibus filii instituuntur, uni ex
illis regimen defertur, præcepta regiminis præscribuntur, tutores
impuberibus constituuntur, & assignatô principatu ac regimine pri-
mogenito, reliqvis filiis alimenta & portiones bonorum assignantur,
attestante Theodor. Reinking. Cancellariô Hass. *in tract. de regim.
secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 17. n. 60. & seqq.* ubi hoc exemplis
firmat.

VI.

Qvocunq; autem jure dispositiones hæ subsistant, vel saltèm
ex justâ earundem causâ & fine sustineri debent, qvò scilicet stabilis 35
& certa sit successio, fides atq; concordia fraterna, Reinking. *dict.*

cap.

36 *cap. 17. n. 61. & seqq.* Ut enim † hæc dives radix est, seges civitatum,
seminarium bonorum civium, & bonum illud, sine quo nemo possit
sua bona, Paschal. *in Legat. cap. 52. pag. 339.* Ita discordia Ordinum
habetur venenum, præcursor ruinæ, omnia opportuna insidiantibus
faciens, Liv. *lib. 3.* Bodin. *de Republ. lib. 1. n. 386.* Estq; hæc causa, u-
37 nica verè Genetrix pactorum † Confraternitatis de mutuâ successio-
ne, der Erbvorbrüderungen / qvam græci vocant *ἀλληλοκληρονο-
μίαν*: qvo nomine Cosmus Mediceus, postqvam fundasset Episcopa-
tum S. Stephani, lege cavit, ut ejus administratio penès gentem su-
am esset, qvâ deficiente ad eos devolveretur, qvi uterentur titulò Ma-
gni Ducis Hetruriæ, Arnold. Clapmar. *lib. 2. de arcan. Rerumpubl. cap.
21. pag. 75. in fin.* Ita scilicet † in illustribus qvibusdam Principum
38 Germaniæ familiis conventum, ut alterius stirpe extinctâ, ad alte-
rius familiam ditiones & bona omnia pertineant, Anton. Fab. *in
dict. consultat. de ducat. Montisferrat. part. 1. pag. 144.* Andr. Gail.
39 *lib. 2. observ. 127.* † qvò nempe de certò Principatuum herede, mutuâ
& stabili successione, defensione, fide & concordiâ fraternâ constet,
ac inde familiarum senescentium splendor & dignitas conserventur,
Andr. Knich. *de jur. Sax. verb. Electorum. cap. 2. n. 60.* nec per discor-
diam & partialitatem, qvam in Republicâ dicit esse tanqvam ver-
mem in caseo, ex Baldo Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 23. de Republ.
cap. 3. n. 13.* extinguatur; qvam causam vulgaris illa formula singulis
40 ferè Principum † Confraternitatibus inserta luculenter indigitat:
Nach deme in vorzeiten unsere VorEltern und Vorfahren/ sich umb
nutzens und Friedens willen ihrer aller Land/ Leute und Unterthanen
mit ihren Landen und Fürstenthumben/ durch Römische Keyserliche
verwilligung/ ꝛc. zusammen verbunden/ Johan Caspar Güttich *de
Confrater. th. 7. lit. a.* Ac certè causa & medium vix fortius aliud da-
bitur, salubriter concordiam conciliandi, ita ut confraternitas verè
41 dici qveat † pia & æterna pax imperii, in cujus tranqvillitate totius
orbis regularitas reqviescit, ut loqvitur Imp. Henricus *in constit.
qvomodo in les. maj. crim. proced.* Andr. Knich. *dict. cap. 2. n. 74. &
42 seqq.* Qvare † nec Imp. Carolus IV. improbata hæc pacta voluit,
qvin potius ut fierent consensit, & facta confirmavit, Aur. Bull. *tit.
4.* doch außgenommen die Verbündniß und Eygen ꝛc. Udalr. Zas. *lib.
2. consil. 1. num. 35.*

VII. P.

VII.

Pactorum ejusmodi Confraternitatis exempla benè multa nobis exhibent Politici, ut videre est † apud Barthol. Muscul. *de Confrat. th. 7. 8. & 9.* Reinh. König *in theatr. polit part. 1. cap. 5. n. 49.* Joh. Limn. *lib. 4. Jur. publ. cap. 8. n. 173. & seqq.* Remig Fesch. *de fœder. th. 24. lit. c.* Petr. Rittet. *de confratern. th. 10.* apud Domin. Arum. *vol. 1. jur. publ. disc. 22.* & ipsimet infra qvædam recensebimus. Attamen præ aliis principem obtinet locum, notissimum † & celebre il- 43
lud Serenissimorũ Saxoniæ Ducum cum illustrissimis Hassiæ Landgraviis initum Confraternitatis pactũ successorium, à multis Impp. confirmatum, sæpè etiam à paciscentibus renovatum, War. ab Erenberg *in medit. de fœder. lib. 1 cap. 2. n. 35.* De qvô in præsentiarum acturi, ne confusè & sine ordine procedamus, † dicemus (1.) Qvale- 44
nam hoc pactum sit, qvomodo Confraternitas die Erbverbrüderung à confœderationis pactô der Erbvereinigung differat, & qvô annô cœperit? (2.) Solennia renovationis qvænam? (3.) Num jure pactum hoc subsistat? (4.) Qvas obliget personas? (5.) Qvænam bona comprehendat? (6.) Et qvis tandem hujus finis, qviq; effectus? Capitibus hisce sex materiam illius Confraternitatis, auxiliante Jesu Christô, succinctè tractantes & absolventes.

Cap. I.

Qvale sit Pactum Confraternitatis der Erbverbrüderung: *qvomodo à Confœderatione* der Erbvereinigung *differat: qvis'q; annus ejus natalitius?*

IIX.

PRiusqvàm verò ulteriùs progrediamur, in voculam Confraternitatis paucissimis inqvirendum, qvæ sanè non unò eôdemq; accipitur sensu, sed multiplici in differentiâ sunt Confraternitates, attestante Petro Salazar Hispan. *de usu & consu et. cap 8. n 22. & seq.* Qvandoq; enim denotatur hôc nomine † societas qvædam homi- 1
num Religiosorum, qvi invicem dicuntur fratres certi ordinis, der Brüderschafft S. Jacobi, S. Antonii, & aliorum Monachorum, de qvibus Waremund ab Erenberg *in medit. de fœder. lib. 1. cap. 4. n. 12.* 2

Ita namq; nonnulli Principes, Reges, Civitates & populi peculiares
3 fraternitatum † Ordines & confœderationes instituerunt, ut earum beneficiô tutiores essent adversus hostes, qvas singulari titulô & nomine insigniri voluerunt, in genere verò socios hosce Eqvites appellitarunt, generali Nobilium seu Eqvitum notatione, qvi Germa-
4 nicô Idiomate vocari consveverunt Ritter/ † qvasi dritter/ daß sie selbst dritt geritten/ Just. Ritter. *lib. 1. instit. feud. cap. 3. n. 9. in fin.* Nolden. *de nobil. cap. 3. n. 45.* optima sanè derivatio, concordiam animi pariter & intentionis innuens. Eòq; præter anteà dictos referi-
5 mus † Ordinem sociorum *Aurei velleris*; qvod & Imperatorum Austriacæ familiæ insignia circumdat, Germanis dicitur, das güldene Velleß / oder güldene Flüß/ Gallis, *du toison d'or*. de cujus origine & autore politici variant, Warem. ab Erenberg *lib. 1. de fœder. cap. 4. n. 14.* Joh. Limn. *lib. 6. jur. publ. cap. 2. n. 16. & seqq.* Petr. Albin. *in*
6 *Chron. Misnens. tit. 18. pag. 464.* Nec non Ordinem † S. Michaëlis Archangeli, Annô Christi 1469. 1. August institutum à Ludovicô II. Rege Galliarum, Bartol. Musc. *dict. disp. de Confratern th. 11.* Ordinem fratrum & Eqvitum Annunciationis Mariæ, cujus autorem
7 perhibent † vulgò Amadeum Sextum Comitem Sabaudiæ, qvi circa annum 1370. hôc ipsô perpetuæ qvasi memoriæ signum ponere voluit victoriæ, qvâ ipsius avus, Comes Amadeus IV. in navali præliô, postqvàm Eqvitibus Rhodi auxiliator venisset, anno Christi 910.
8 potitus fuit, Limn. *dict. cap. 2. n. 34.* Ordinem Mensæ orbicularis: Fasciæ rubræ: Periscelidis: Stellæ: Lunæ crescentis: Spinæ albæ: Draconis: Elephantis: S. Marci, & qvi sunt alii ferè infiniti, de qvibus Limn. copiosissimè, *dict. cap. 2.* Incognitus qvoq; non est in Ger-
9 maniâ nostrâ Ordo militum sive Eqvitum, ut vocant † Marianorum Teutonicorum, ab Imp. Henrico VI. Friderici Barbarossæ filiô, cùm pro recuperandâ Hierosolymâ Christiani bellum gererent, institutus Anno 1100. cujus socii seu confratres in vestibus portabant crucem albam, veluti insigne qvoddam ac notam suæ professionis voto castitatis obstrictæ, pro Regione scilicet pugnantes, Johan. Sleidan. *lib. 5. histor. in fin.* Franc. Sarmien. *de redit. Eccle. cap. 5. n. 18.* De qvô
10 etiã in † Recessib. Imp. *de anno 1500.* Rubr. võ Hochmeister aus Preussen, *vers.* So aber der Orden allein auff Deutsche *Nation* gerichtet/ *cum §. seq. & de Anno 1524. §.* gleicherweise/ Sleidan. *dict. loc.* Sed cùm

Ordi-

Ordines hi plerią; omnes defendendæ Religionis causâ fuerint instituti, ut notat Spangeb. in Adelspiegel *p. 2. lib. 6. cap. 52.* Sarm. *dict. tract. p. 4. cap. 1. n. 13.* nec ullum inferant jus succesſionis, nihil commune habent cum pactô confraternitatis ſucceſſoriô.

IX.

Alia deinde fraternitas ex † ſocietate juratâ qvorundam pri- 11
vatorum contrahitur, qvæ græcis *Φρατρία* eſt, Andr. Gail. *lib. 2. obſ. 126. n. 7.* Johan. Caſp. Guttich. *de confratern. th. 1.* Petr. Ritter. *dict. diſp. de Confratern. th. 12. lit. 4.* qvando conveniunt de ſe tractando
ut fratres, † eamq; conventionem juramentô confirmant, Jaſon 12
in l. quidam cum filium. n. 5. verſ. item iſtam legem. ff. de verb. obligat. Alexand. *in l. ſi pater tuus. n. 5. C. de hered. inſtit.* Anton Teſſaur. *deciſ. 113. n. 1.* ex qvô ſocietas jus qvoddam fraternitatis infert, *l. verum. 63. in pr. ff. pro ſocio.* Zaſ. *vol. 2. conſil. 1. n. 6.* qvâ ex † conventione fra- 13
tres dicuntur jurati, geſchworne Brüder/ fraternitate hâc non rarò per mutuam compotationem initâ & adſcitâ, Ritter. *dict. loc.* Qvæ licet effectu ſuô haut deſtituatur, *arg. l. nemo dubitat. §. qvi fratres. ff. de hered. inſtit.* Albert. Gentil. *lib. 3. de jur. belli. cap. 18.* Alexand. *conſil. 141.* reverâ tamen fratres non facit, † atq; adeò qvoad ſucceſ- 14
ſionem ab inteſtato parùm momenti habet, *l. nec apud 7. C. de hered. inſtitut. l. jura ſangvinis ff. de reg. jur. l. jus autem agnationis ff. de pact.* Andr. Gail. *dict. obſervat. 126. n. 7.* Ritter. *dict. loc.* Anton. Teſſaur. *dict. deciſ. 113.* Nicol. Boër. *deciſ. 355.* Jacob. Rick. *de unione prol. cap. 9.*
Qvare nec † qverelam defert inofficioſi teſtamenti eô caſu, qvô in 15
lineâ transverſali aliàs qverelæ huic inter fratres locus eſt: qvippè qvæ in ſucceſſionis jure eſt fundata. *l. fratres vel ſorores. 27. C. de inoff. teſtam.* Rickius *de unione prol. cap 6. n. 46. & ſeqq.* Muſcul. *dict. diſp. de confratern. th. 42.* Unde differentia inter hanc Confraternitatem, & noſtram ſucceſſoriam ultrò perſpicua eſt. Nec etiam † attingit eam 16
Sanctio juris Saxonici, wenn ſich das Erbe verbrudert und verſchweſtert / Landr. *lib. 1. art. 17. & Gloſſ.* Weichbild *art. 63. n. 6.* qvô id juris introductum, ut non extantibus in lineâ collaterali fratribus & ſororibus, proximiores ſuccedant conſangvinei, *Gloſſ. dict. art. 17.* Landr. *& art. 63.* Weichbild/ tantùm abeſt ad Confraternitatis pactum inde qvidqvam inferri poſſe, ut etiam nulla planè exiſtat ibi fraternitas.

X.

17 Misſis ergò iis, † Confraternitatem hìc propriè dicimus jus
ſucceſſionis reciprocæ, in caſu deficientium legitimorum heredum,
ex pactò inter perſonas illuſtres acqviſitum, qvod vulgò appellari
conſvevit Erbverbrüderung/ & paciſcentes Erbverbrüderte/ vel ut
alii volunt Erbvereinigung/ Erbverwandte/ oder Erbvereinigte/
18 duo nimirum † hæc ita à qvibusdam promiſcuè uſurpantur, Bart.
Muſcul. *de confratern. conclu. 3.* Chriſt. Beſold. *1. polit. diſputat. 6. th.
40. & in differt. Nomicopol. lib. 1. differt. 13. n. 2.* Arnold. Clapmar. *de
arcan. Rerumpubl. lib. 2. cap. 21. in fin.* At malè & confuse: latiùs ſi-
19 qvidem poſterius eſt † nec ſolùm denotat die Erbvereinigung ſo we-
gen des Erbes geſchicht/ ſed etiam qvaslibet pactiones, qvæ heredes
ſeqvuntur, & inter familias perpetuô nexu contractæ ſunt; unde à
priori, eam qvæ qvandoq; brüderliche Erbeinigung vocatur, nec
20 tamen Erbverbrüderung eſt, † rectisſimè ſeparatam volunt Johan.
Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 126.* Remig. Feſchius *in differt. de fœder.
concl. 24. lit. a.* Petr. Ritter. *de confrat. the. 11. lit. b.* Johan. Caſpar
Guttich. *de confratern. concl. 1. lit. b.* Domin. Arum. *in diſc. ad Aur.
Bull. 6. concl. 6.* Melch. Goldaſt. *in Bohem. lib. 6. cap. 18. in fin.* ubi ait,
parùm politicè confœderationem Bohemo-Saxonicam, die Säch-
21 ſiſche Erbeinigung mit Böhmen/ † de hereditariâ ſucceſſione inter-
pretatum fuiſſe Waremundum ab Erenberg *in medit. pro fœder. lib.
1. cap. 2. n. 37.* qvem ibidem Proteum in nomine vocat, poſt Dan.
Otto *in differt. de jur. publ. cap. 10. in. pr.* qvòd nempè nunc Durus
de Paſcoló, nunc Waremund. ab Erenberg, nunc Mirabilis de bona
Caſa, nunc aliter appellari voluerit, qvi tamen ſit Doctor Weihe, per
22 aphæreſin privativæ præpoſitionis. † Modeſtius utiq; qvàm Chriſto-
phorus ab Ungersdorff, qvi ab injuriis ſe continere haut potuit, ap-
pellitans ipſum den Naaßweiſen Hofſchuelfüchſiſchen *Doctor* Edel-
man Eberhard Weihen/ pro more cavillandi.

XI.

23 Non ergò confundi patiamur † pactum Confraternitatis Sa-
xonico Haſſiacæ, die Erbverbrüderung/ cum pactò confœderatio-
nis der Erbvereinigung/ qvam itidem inter Sereniſſimos Saxoniæ
Duces & Illuſtriſſimos Haſſiæ Landgravios initam & contractam
Seul

haut inficiamur, Arum. *dict. conclus. 6. pag. 256.* Waremund ab Erenberg *dict. cap. 2. n. 38. in fin.* Ritter. & Guttich *dict. loc.* Limn. *dict. cap. 8. n. 161.* Affinitatem eqvidem † horum pactorum, qvæ 24
causam promiscuæ usurpationi & confusioni dedit non minimam, ultrò largimur, si præsertim pensitaverimus (1.) pactum utrumq; esse hereditarium, qvippe qvòd non tantùm ipsos contrahentes, sed etiam ipsorum heredes obliget, † ut qvi præsumuntur ejusdem esse 25
voluntatis & affectûs cum prædecessoribus. Schönborn. *lib. 2. pol. 13.* Reinhard. König *part. 1. theatr. polit. cap. 5. n. 48.* factaq; nec non contractus Principum demortuorum, præsentium Principum esse censentur, † cùm Respublica semper eadem existat, Bald. 26
consil. 326. qvo intuitu vocula Erb/ pacto utriq; der Vereinigung und Verbrüderung rectissimè apposita videtur. (2.) Ex qvò porrò fit, † ut ab heredibus utrumq; renovetur, & qvidem tempore eôdem, iisdemq; renovationis solennitatibus, tam ratione juramenti 27
desuper præstandi, qvàm subscriptionis aliarumq; solennitatum, qvò de fidem faciunt protocolla conventûs Naumburgi *Anno 1557.* & rursus *Anno* 1614. ab illustrissimis Confœderatis & Confratribus celebrati, ex qvibus inter alia † notandum, *Anno 1557. sub dato 8. Julii* 28
utriusq; fœderis instrumentum der Erbvereinigung & Erbverbrüderung prodiisse, *Anno 1614.* autem pactô confœderationis der Erbvereinigung/ *die 31. Martii* renovatô, statim die proximè seqventi *1. Aprilis* renovationem confraternitatis der Erbverbrüderung susceptam, † & utriq; actui die præcedente *30. Martii* ex unanimi Dominorum Confœderatorum & Confratrum conclusô, eadem solennia & tunc & inposterum observanda præscripta fuisse (3.) Nec sine 29
causâ duo hæc fœdera conjunctim tractari ac renovari qvisqvam existimet. † Alia enim ut hic omittamus, proculdubiò pactum confœderationis cõcordiam, pacem & reciprocam paciscentium, eorumq; terrarum defensionem, ceu ultimum sui finem respicit, & sic non nisi ad pacẽ publicã tendit; qvam ipsam etiã confraternitas ob reciprocam scilicet succesionẽ suscepta, semper includit, † ipsismet pactorũ 30
verbis attestantibus: Nach deme in vorzeiten unsere VorEltern und Vorfahrẽ sich umb Nutzens und Friedens willẽ ihrer aller Land/Leute und Unterthanẽ/ mit ihren Landen und Fürstenthumben rc. zusamen 31

verbun-

verbunden. Utriusq; enim familiæ intereſt propter ſpem ſucceſsionis futuram, concordiam conſervari, nec ullam diſcordiæ ſcintillam excitari, qvæ ruinam totius Reipublicæ cauſetur, Joh. Bodin. *lib. 4. de Republ. cap. 2. n. 386.*

XII.

Differentiam tamen & diverſitatem horum fœderum fatebitur qvisq;, cauſam & rationem utriusq; pacti exactiùs perpendens:
32 (1.) † Confœderationis ſiqvidem pactum, qvod vocamus die Erbvereinigung/ in ſolâ defenſione & auxilii præſtatione ſubſiſtit: at pactum confraternitatis der Erbverbrüderung/ ſucceſsionem potiſsimùm cócernit, prout verba inſtrumentorũ expeditũ reddunt; nihil itaq; eſt, qvod utriq; conveniat, exceptô Confraternitatis effectu ſecundariô, qvi & ipſe mutuam exigit defenſionem, *th. preced.* Ex qvô
33 etiam (2.) diſcrimen † articulorum atq; tractatuum profluit: ſub illô enim fœdere, qvod eſt der Erbvereinigung/ continentur tantummodò certi & definiti modi ac formulæ, qvomodo tàm tempore pacis qvàm belli, una familia alteri aſſiſtere debeat; ſcilicet qvomodo non ſolùm ipſi Principes paciſcentes mutuà invicem affectione, fide
34 & ſinceritate tanqvam fratres ſe amplecti, † ſed etiam ſubditi eorundem, Conſiliarii & officiales ſe exhibere teneantur, *in* §. daß wir/ unſere Erben und Nachkommen alle unſer lebetage einander brüderlich / freundlich und gütlich meynen/ ehren/ fördern ꝛc. & qvidem tempore belli † qvis numerus debeat eſſe tàm Eqvitum qvàm Peditum, qvæq; præparatio militaris & bellica: ac ne controverſiâ vel lite
35 motâ, deciſio ſtatim à Cæſareâ Majeſtate efflagitetur, ſed priùs ipſorũ Conſiliariis res committatur, ac ſi amicabilis compoſitio locum haut inveniat, per ſententiam, omni tàm Leuterationis qvàm Appellationis beneficiô præcisò, determinetur, *in* §. würde es ſich auch
36 alſo begeben ꝛc. † Scilicet exigit hæc omnia confœderatio illa, ex qvâ ſocii & fratres ad mutua invicem auxilia & copias militares ſunt obſtricti, Mart. Laudenſ. *in tract. de confœder. Princip.* Bodin. *lib. 5. de Republ. 6.* Hyppol. *à Collib. in tract. de Princip. cap. 3.* Watem. ab Erenberg *de fœder. cap. 4. n. 8.* Nec fieri poteſt ut † inimicus unius, non
37 ſit etiã inimicus alterius, in tantum ut confœderatus hoſtes ſui cófœderati punire qveat, *arg. l. 7. ff. de captiv. & postlim. reverſ.* Jacob. Menoch. *conſil. 99. n. 39.* Bart. Muſcul. *in diſ. de fœder. th. 47.* Nulla

verò

verò hâc in confœderatione fit mentio mutuæ succesſionis, † sed 38
reſervatur hæc confraternitati der Erbverbrüderung/qvæ in solô hôc articulô potisſimùm consiſtit, veluti patet ex tenore pacti, de qvô *infra*.

XIII.

Aliam (3.) ſuppeditat differentiam jam dicta articulorum diverſitas: poſtqvàm enim confœderationis pactum principaliter militaria & bellica pro defenſione confœderatorum concernit, † Im- 39
peratorē verbis expresſis in eô excipi neceſſe eſt, ex clauſulâ communi, qvæ fœderibus pro conſervatione pacis publicæ à Statibus Imperii ſusceptis apponi conſvevit, (Mit Außnahm und Vorbehalt derjenigen Pflichten/damit man der Römischen Keyserlichen Majestät/ als dem Oberhaupt verbunden und zugethan/ *vel:* Doch die Römische Keyserliche Majestät allerdings außgenommen / und derselben aller gebührender gehorsam vorbehalten seyn solle/ ꝛc. Qvô & facit 40
† ſanctio juris Saxonici, *in art. 1. Landr. lib. 2.* Wo Fürstē und Herren mit Eyden zusammen schweren / sie scheiden dann den Keyser und das Reich aus/ so haben sie wider das Reich gemißhandelt. Et formula juratæ promisſionis, † qvâ Principes feudum & Regalia peten- 41
tes obſtringuntur: Daß die Fürsten nimmermehr wissentlich in den Rath seyn sollen noch wollen/da ichtwas wider Keyserliche Majest. Person/Ehr/Würden und Stand gehandelt oder fürgenom̄en wird/ Waremund. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. ult. n. 236.* Qvin ergò exceptio Cæſareæ Majeſtatis ab hâc confœderatione paciſcentibus incumbat, ambigendum non eſt; † Qvam maximoperè ſibi curæ 42
habuerunt in conventu *Anno 1614.* celebratô, prout teſtantur literæ Dominorum confœderatorum, *sub dato Naumburgi 30. Martii, Anno 1614.* ad Cæſaream Majeſtatē datæ, in qvibus inter alia hæc notanda occurrunt verba: Als haben wir alle zu dieser Erbeinigung gehörige uns miteinander verglichen/ darmit wir nicht weniger/ dann unsere Vorfahren / mit und beyeinander in Freundschafft/ Ruhe/ Friede und Einigkeit bleiben möchten/ solche alte friedliche Erbeinigung zu verneuren / und uns demnach den sieben und zwanzigsten *Martii* anhero gegen der Naumburg begeben / ermelte Erbeinigung vor die Hand genommen / dieselbe verneuret/ und darinnen Eure Keyserl. Majest. wie sichs gebühret/ und auch von alters hergebracht/ klärlich außge-

außgenommen/ der gäntzlichen Hoffnung/ weil solche Erbeinigung
unsern Vorfahren/auch unsern Landen und Leuten jederzeit zu Ruhe/
Frieden und Auffnehmen gereichet/ es sol auch uns und unsern Lan-
43 den hinführo daraus alle Wolfahrt erfolgen/ ꝛc. † In pactô autem
confraternitatis der Erbverbrüderung non est, qvòd contrahentes
sint soliciti de excipiendô Imperatore, postqvàm hôc in fœdere prin-
cipaliter succesionis habetur ratio, qvæ nec Imperatorem nec alios
concernere potest, ut hinc nullâ opus sit exceptione: idq; commi-
44 nus, † qvod fœdus confraternitatis non nisi à Cæsareâ Majestate
confirmatum subsistat, ut *infrà* demonstrabimus. Ex qvô tandem
45 (4.) & hæc differentia resultat, † qvòd confraternitas egeat confir-
matione Cæsareâ; qvæ in confœderatione præcisè necessaria non est,
sicut nec in aliis Principum ac Statuum Imperii fœderibus, paci pu-
blicæ gratiâ initis, Magerus à Schönberg Archiducis Leopoldi Con-
46 siliarius *de advocatiâ armatâ, cap. 6. n. 190.* Népè † qvia per sanctionem
Imperatoriam pro validis semel fuerunt declarata *in Aur. Bull. tit. 15.*
vers. doch außgenommen die Verbündniß und Ligen/ so die Fürsten
und Städte/ wie auch andere wegen des gemeinen Landfriedens un-
ter sich gemacht und auffgerichtet haben: Dann wir dieselbe unserer
Erklärung insonderheit vorbehalten/ und wollen/ daß sie in ihren
Kräfften/ biß wir dererwegen andere Verordnung thun und anstellen
werden/ verbleiben sollen. Qvamvis horum confirmationem ab Im-
47 peratore sæpiùs petitam haut inficias eamus, † non ad validitatem,
qvâ fœdera per se subsistentia non indigent, frustrà namq; petit ba-
culum, qvi sine eô ambulare potest, *arg. l. Imperatores ff. de reb. auctor.*
jud. & l. un. C. de thesaur. frustraq; deposcit medicum, qvi non labo-
48 rat morbo, Zas. *consil. 4.* † sed ad fortiorem subsistentiam, qvô intui-
tu validi qvoq; datur confirmatio, Alexand. *in l. de pupillô. § quis ergo.*
ff. de nov. oper. nunciat. Joh. Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 24.* Decius
in cap. 2. n. 12. vers. in primo casu extr. de confirm. util. vel inutil. Non
ergò miremur, qvòd pactum confœderationis der Erbvereinigung/
49 nullibi ab Imperatore specialiter confirmatum legamus, † licet hoc
Cæsareæ Majestati pro evitandâ omni sinistrâ suspicione intimandû
duxerint Domini confœderati, *Anno 1614. Naumburgi* id renovantes
in literis prædictis, sub dato 30. Martii: Und ist unser aller Gemüth/
Will- und Meynung/ daß wir nicht allein vor uns selbst freundlich/
freundlich

friedlich und ruhig beyeinander wohnen/ sondern wollen uns auch gegen Ew. Keyserl. Majest. und dem heiligen Reich/ unserm geliebten Vaterlande als gehorsame Chur- und Fürsten zu jederzeit erzeigen und verhalten/ und nach deme Ew. Keyserl. Majest. aus jetzogemelter unserer unterthänigster Erklärung und Erbieten allergnädigst zuvermercken / daß wir uns in diesen und andern vorfallenden Sachen / überall und jederzeit gegen Ew. Keyserl. Majest. und dem heiligen Reiche unverweißlicher und schuldiger gebühr zuverhalten/ unterthänigst gemeynet/ So sind wir auch der unterthänigsten Zuversicht und Hoffnung/ Ew. Keyserl. Majest. werde nichts weniger als deroselben höchstlöblichste Vorfahren am Reich/ mit solcher unserer erneuerten Erbeinigung allergnädigst und wol zufriden seyn / und Ew. Keyserl. Majest. unterthänigste Dienste zu leisten/ seynd wir als die gehorsamen Chur- und Fürsten allezeit willig und geflissen.

XIV.

Omnium maximè † verò hæc & alia, qvæ differentiam Confœderationis ac Confraternitatis abundè confirmant, luculenter percipere licet ex ipsô utriusq; pacti tenore, qvem cum alii scriptis suis inseruerint, inprimis verò Joh. Limn. unam atq; alteram fœderum horum copiam publici fecerit juris, *dict. cap. 8. n. 25. 162. & seqq. lib. 4. jur. publ.* repetitione hujus ulteriore meritò supersedemus, nec enim integrum hâc de re tractatum conscribere, nec longâ formularum enarratione paginas augere animus nobis est: † Constrictim saltèm, & extremis qvod dicitur digitis, ut contenta tangamus, summam articulorum utrôq; ex pactô succinctè à Consiliariis Saxonicis in gratiam Principum, ne tædium ipsis faciat prolixitas, qvandoq; congestam, apponere lubet. † Estq; summa articulorum der Erbeinigung der Chur- und Fürstlichen Häuser / Sachsen / Brandeburg und Hessen: 1. † Es sollen die vereinigten Chur- und Fürsten/ und dero Nachkommen einander brüderlich meynen/ verantworten/ und einer des andern Schaden abwenden / dessen bestes aber befördern. 2. † Auff alle Nothfälle einander beyrähtig / und ohne weigerung mit Land und Leuten behülfflich seyn. 3. † Keiner sol des andern Feind werden / jhn beschädigen / noch durch seine Unterthanen beschädigen lassen. 4.† Da aber hierüber zugriffe auß jhrer eines oder aus andern Landen geschehen/ so solle einer dem andern behülflich seyn/ damit der

50 51 52 53 54 55 56

Beschädiger zu erstattung des Schadens/ in vier Wochē nach besche-
57 hener Anmahnung/ gebracht werden möge. † 5. Es solle auch keiner
keinen Diener versprechen/ ohne vorgehende nachfrage/ ob derselbe
wider einen aus dieser Erbeinigung fehde oder unwillen hätte/ und de-
58 dem also/ ihn ohn des andern Willen nicht auffnehmen. 6. † Hätte
aber einer allbereit einen solchē Diener/ der des andern Feind wäre/
in Bestallung/ so sol er desselben mächtig seyn; wo aber solches nicht
wäre/ sol er sich dessen eussern/ und dem andern Theil getreulich wider
59 ihn behülflich seyn. 7. Es sol † keiner des andern Diener oder Un-
60 terthanen vergewaltigen/ oder vergewaltigen lassen. 8. † Es sol
auch keiner des andern Feind/ Echter und Rauber in seinen Landen
wissentlich hausen/ schützen/ befördern/ oder durchkommen lassen/
61 noch solches zuthun den seinen gestatten. † 9. Würde aber jemandes
darüber beschädiget/ so sollen eines jedern Ambtleute und Unterthanen/
nen/ so derowegen angeruffen/ über die Beschädiger/ daß der Schade
62 oder Raub erstattet werde/ verhelffen. 10. Die † Knechte so eigne
Pferde haben/ und aber herrnloß seyn/ die sollen in keines Land ge-
63 hauset oder durchgelassen werden. 11. † Würde einer zu folgen er-
fordert/ so solle er alsbalde nach seinem besten vermögen folgen/ aber
der so ihn erfordert/ solle dem Erforderten so balde er sein Land be-
rühret/ bey währender Hülffe nach nothturfft Essen/ Trincken und
64 Futter geben. 12. † Wider diese Erbeinigung sol sich keiner mit je-
65 mandes anders verbinden. 13. † Da sich jemand in eines der verei-
nigten Chur- und Fürsten Land legen/ oder ihme sonsten beschwerlich
seyn würde/ so sollen die andern ingemein/ oder der Erforderte insson-
66 derheit dem beschwerten Theil rathē/ und beyständig seyn. 14. † Deß-
gleichen da eines Land oder Leute überzogen/ angegriffen/ oder sein
Schloß verbauet werden solte/ so sollen die andern ihme Hülffe lei-
67 sten. 15. † Der Reisigen hülff solle geschehen auff des Helffenden
schaden/ und des Bekriegten Futter und Mahl/ so bald sie sein Land
berühren/ das Fußvolck aber und das Geschütz/ uff des Helffenden
68 Kosten oder Besoldung gehalten werdē. 16. † Würden Könige/ Für-
sten/ Städte oder andere Stände einen der Erbeinigung zugethanen
nen bekriegen/ so sollen ihme die andern Hülffe leisten/ und der Chur-
Fürst zu Sachsen 260. Pferde/ 700. Knechte/ der Churfürst zu
Brandeburg 200. Pferde/ 500. Knechte/ Marggraff George Frie-
derich/

derich 200. Pferde / 500. Knechte/ die Landgraffen 200. Pferde/
500. Knechte/ die Hertzogen zu Sachsen Weymarischen und Coburgischen Theils/140. Pferde/300 Knechte. Da aber ihrer zweene mit
einander zugleich bekrieget werden/ so sollen die andern solche Hülffe
theilen 17. † Wofern mehrer Hülffe von nöthen/ sollen sich der Zu- 69
lage halben die andern vergleichen / wo aber minder/ so solle weniger
erfordert werden. † 18. Keiner solle des andern Lande/ Leute/ Schloß 70
oder Städte einnehmen. 19. † Noch dieselben wider ihren Landes- 71
Fürsten schützen oder vertheidigen. 20. † Wo sich eines Vntertha- 72
nen oder Landsassen wider ihren Herrn widersetzig machen/ sollen die
andern dieselben helffen zum Gehorsamb bringen. 21. † Da einer in 73
des andern Landen Lehngeld oder Zinse hätte/ damit sol man sich nach
Lehnrecht halten / und einem jeglichen sein Geld oder Zinse folgen/
auch in solchen seinen Lehen ungehindert lassen. 22. † Die Ambleute 74
sollen das Gleite niemand anders/ denn nach dieser Erbeinigung
geben. 23. † Diese Erbeinigung solle in derselben zugethanen Chur- 75
und Fürsten Landen öffentlich verkündiget werden. 24. † Würde sich 76
zwischen den vereinigten Chur und Fürsten Zwytracht zutragen/ so
solle der klagende Theil des Hofe/ zu welchen er zusprechen hat/ nach-
folgen / und vor desselben Edlen und andern gelährten Räthen/ doch
daß deren unter zwölffe nicht seynd/ klagen/ solche Räthe sollen ihres
Herren Pflicht erlediget/ und mit einem sonderlichē Eyde zum Rech-
ten beleget werden/ und da die Sache in der güte nicht mag hingeleget
werden / so solle dem klagenden Theil/ in einem Monat ein Rechts-
tag/ in des Beklagten ihme am nechsten gelegenē Schlosse oder Stadt
benennet werden/ und in sechs Wochen/ dreyen Tagen/ in der Sachen
ein endlich Vrthel erfolgen/ bey dem es beyde Parten bewenden las-
sen sollen / es würde sich dann die Sache wegen Gerichtsordnung
länger verziehen/ doch solle darinnen keine gefehrde gebrauchet wer-
den/ und der Kläger über 200 Pferde starck nicht kommen/ und vom
Beklagten sicher Geleit haben. 25. † Da eines Vnterthaner zu dem 77
andern Fürsten Zuspruch gewönne/ so solle derselbe Fürst vor seinen
eigenen Räthen/ Klägern in drey Monat Recht widerfahren lassen.
26. † Wann aber die Vnterthanen der vereinigten Chur- und Für- 78
sten wider einander klagen/ so sol der Kläger in des Beklagten Herrn
Landen klagen / und Rechts gewarten. 27. † Würde einer unredli- 79

che Kriege fürnehmen/ darinnen die andern sein nicht können mäch-
tig seyn/ so sollen sie ihme darzu Hülffe zu leisten/ Krafft dieser Eini-
80 gung/ nicht schuldig seyn. 28. † Denen Ambtleuten solle in ihre
Pflicht gegeben werden/ die Strassen rein zu halten/ daß die Kauff-
leute ihr Gewerbe sicher treiben mögen/ da auch hierüber einem schade
zugefüget würde/ so sollen die andern/ damit er wieder erstattet/ und
81 die Verbrecher gestraffet werden/ behülflich seyn. 29. † Da je-
mandes eines Fürsten Unterthaner/ vor des andern Gerichte gela-
den würde/ und des vorgeladenen Herr ihn abforderte vor sein Ge-
richte/ so sol er dahin gewiesen/ und desselben Herr dem Kläger för-
82 derlich Recht zugestatten schuldig seyn. 30. † Es sollen die Ambt-
leute aller vereinigten Chur- und Fürsten solche Einigung vestiglich
zuhalten/ Cörperlich schweren/ so offt sie angenommen werden.
83 31. † Die überlebenden Fürsten sollen der abgegangenen hinterlasse-
nen Erben beyräthig und behülfflich seyn/ daß sie bey Land und Leuten
84 bleiben mögen. 32. † Die Erbeinigung sollen der Vereinigten Män-
liche ehelche Leibes Lehens Erben/ so sie 14. Jahr alt/ und dessen von
85 den andern allē oder eins theils erinnert werdē/ beschweren. 33. † In
dieser Erbeinigung wird der Römischen Keyserl. Majest. Person
86 außgenommen. 34. Und sol von den vereinigten Chur- und Für-
sten ein cörperlicher Eyd mit auffgerichteten Fingern gethan werden
solche vest und stet zu halten/ und darwieder keine Außflucht noch Be-
helff zu suchen.

XV.

Pactum verò Confraternitatis Erbverbrüderung der Häuser
Sachsen und Hessen/ hæcce membra & articulos summatim conti-
87 net: 1. † Da eine Parthey ohne rechte Leibes Lehns Erbē verstürbe/ so
solle des Verstorbenen Lande und Leute/ Lehen und Erbe alle beweg-
liche und unbewegliche Güter uff der andern Parthey Leibes Lehns
88 Erben eigenthümblich fallen. 2. † Auff solche Bruderschafft solle ei-
ne Parthey der andern ihre Land und Leute eine Erbhuldigung thun
89 lassen. 3. † Die Städte sollen wegen solcher gethanen Erbhuldi-
90 gung ihre Brieffe geben. 4. † Da nun etliche Fürsten eines Hauses
abgiengen/ so soll alles auff den Nechsten Lehens Erben desselben
91 Hauses fallen. 5. † Die Erbverbrüderung solle von der Keys. Maj.
confir-

confirmiret und bestetiget werden. 6. † Die Parthey / an welche 92
der abgegangenen Lande und Leute verfellet werden, sol dieselben bey
ihren Rechten, Gewohnheiten und Herkommen erhalten. 7. † Die 93
Ambtleute beyder Partheyen sollen leiblich schweren, daß sie nach Ab-
gang eines Hauses / sich in ihren ämbtern an das andere halten, und
demselben unterthänig seyn wollen. 8. † Deßgleichen sollen alle Le- 94
henleute schweren / und solches in die Lehnbrieffe gesatzt werden.
9. † Auch ein jeder neuer Rath / so bestätigt wird / und neuer Burger 95
in Städten. 10. † Da die abgegangene Parthey etliche Güter ver- 96
setzt hätte / so solle die andere Parthey / an welche die versatzten Gü-
ter gefallen / solche Güter ablösen. 11. † Die Parthey / auff welche 97
der andern Güter gefallen / solle der abgegangenen Parthey Testa-
ment verrichten, welches doch über dreissig tausend gülden / auch al-
lein an fahrender Haab / nicht seyn sol. 12. Es † sol auch die Parthey / 98
auff welche der andern Fürstenthumb gebracht / der abgegangenen
Partheyen unaußgestattete Fräulein, als viel der seyn, jedere beson-
ders mit vier und zwanzig tausend gülden außsetzen und berathen.
13. † Wo aber der Fräulein von dem abgegangenen Stamme nur eins 99
übrig / so solle diese Außsteuer noch mit zwanzig tausend gülden ver-
bessert. Wo aber derselben zwey, jederer zehen tausend gülden zugele-
get werden. 14. † Vber solches solle dem Fräulein nicht mehr wegen 100
Mütterlicher / Brüderlicher Erbschafft / oder andere Gefälle zurei-
chen seyn. 15. Da † der abgegangenen Parthey eine oder mehr Wit- 101
frauen verhanden, so uff Städte / Schlösser oder andere Güter ihrer
Gebührniß halben versichert / so sollen sie von der andern Parthey
darbey gelassen und geschützet werden. 16. † Da aber gedachte Wit- 102
frawen wegen ihres Leibgedings / Morgengabe und anders Zustan-
des noch nicht verwiesen, so solle sie die andere Parthey, auff welche
Land und Leute kommen, nochmals gebührlich verweisen. 17. † Eine 103
Parthey sol der andern / wegen solcher Erbverbrüderung wider män-
niglichen, niemandes außgenommen / behülflich seyn / und eine der
andern Lande und Leute helffen verthendigen und schützen. 18. † Ei- 104
ner Parthey Schlösser / Städte und Vestungen sollen der andern
Parthey offen seyn / sich daraus und ein wider männiglich zu-
behelffen.

105 Utrumq; fœdus in qvibusnam articulis consistat, ex jam dictis perspicuum est; Relictô autem priore, saltèm qvoad posterius, qvô de nostrum est institutum, ulteriori nos dabimus indagationi. Nituntur verò in domô Saxonicâ & Hassiacâ hoc Confraternitatis pactum publicæ trâqvillitatis & Serenissimarum ac Illustrium senescentium
106 familiarum conservationis † favore, ut serenô concordiæ vinculô altera domus alteri nexa sit; qvô ordine succedendum, qvâ fide, qvâ dexteritate altera domus alterius subditos in expressum eventum tegere ac tueri debeat, Udalr. Zas. *cons. 1. n. 29.* Theodor. Reinking *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. cap. 18. n. 17.* Qvæ descriptio subleva-
107 vare nos posset à logicâ definitione, † cùm Politici & JCti non facilè exactis Philosophorum regulis obstringi se patiantur, Fab. *instit. Orat. cap. 13.* præter alia enim licentiæ suæ argumenta omnem in
108 jure definitionem † dicunt periculosam, cum Javolenô *in l. omnis definitio. 202. ff. de Reg. jur.* qvi num de logicâ, vel potiùs juridicâ definitione locutus ibidem fuerit, parùm curamus, nec litem hanc jam dudum ab aliis motam Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 1.* Ac. Pinell. *ad L. 2. C. de rescind. vendit. cap. 3. n. 28.* Limn. *lib. 8. jur. publ. cap. 1. n. 23.* Sturc. *ad dict. l. 202.* in præsentiarum reassumere nostrum
109 admittit institutum; verum nihilominùs est illud † Cagnoli, Legistas non dialectitare in verbis, sed exitus rerû ponderare, *ad L. 1. §. 1. n. 19. ff. si qvis jus dicent. non obtemp.* Qvod si tamen ex legitimô methodi institutô rigorosè qvis exigat definitionem, dicimus:
110 *Pactum † hoc Confraternitatis esse conventionem, à Serenissimis Saxoniæ Ducibus & Illustrissimis Hassiæ Landgraviis solenniter initam, Cæsareæq; Majestatis autoritate confirmatam, ad hoc, ut unâ familiâ qvoad heredes Masculos extinctâ, alteri bona & Principatus*
111 *ejus certâ successionis lege deferantur.* † Meritò autem definimus pactum hoc per *conventionem*, qvia vocula hæc generalis est, adeò ut contractum & pactum comprehendat, *L. 1. ff. de pact.* & hinc in describendis pactis successoriis bene generis locô ponatur, genus siqvidem ad speciem côstringi, naturaliter receptum est, Warem. ab Eren-

ab Erenberg *dict.cap.1. n.29.* Petr. Ritter. *de confrat. & confœder. concl. 1. lit. b. apud Dom. Arum. vol. 1. jur. publ. disc. 22.* Remig. Fesch. *de fœder. concl. 24.* † ex qvô etiam dicitur pactum conventionale, Reinh. 112
König *in theatr. pol. part. 1. c. 5. n. 45.* Reliqva definitionis verba differentiam innuunt specificam, solenniter scilicet initum, & ab Imperatore confirmatū id esse, de qvô *cap. seq.* ac jure propterea subsistere, *cap. 3.* inter Serenissimam domum Saxonicam & Illustrissimam familiam Hassiacam, *cap. 4.* de Principatibus ac bonis, *cap. 5.* certâ successionis lege uni vel alteri ea deferens, *cap. 6.* Estq; ita pactū gentilitium, † successoriū vel hæreditarium, de mutuâ successione con- 113
ceptum, Fesch. *dict. concl. 24. lit. a.* Joh. Gryphiand. *de salubri contra vim externam remedio, concl. 74. apud Arum. vol. 1. jur. publ. disc. 28.* König *dict. loc.* ex qvô tertium heredum legitimorum prodiit genus,
† nempè conventionalium seu pactionalium, veteribus JCtis in- 114
cognitum licet, vel etiam exosum, Nicol. Betf. *de pact. fam. illustr. cap. 5. fol. 103.* Christoph. Besold. *lib. 1. differt. nomicopol. 13. n. 1.* Vincent. Cabot. *disp. jur. 2. cap. 12.* Bartol. Musc. *de confrat. th. 3.*

XVII.

De annô autem Confraternitatis nostræ † natalitiô, qvô cæ- 115
perit, non parùm controvertitur: Exprimunt enim annum Christi 1373. Hottomannus, Ingolstadienses & Lovanienses, *vol. 1. consil. 9. german.* † qvorum votô etiam subscribunt Nicol. Reusn. *lib. 1. consil.* 116
3. n. 45. Christ. Besold. *dict. differt. 14. n. 3.* Joh. Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 161.* Zas. *cons. 1. lib. 2.* Bartol. Musc. *de confr. th. 7.* A qvâ † ta- 117
men opinione secedit Warem. ab Erenberg. *in in. diam. pro fœder. lib. 1. cap. 2. n. 35.* annô prædictô fœdus hoc saltèm renovatum, & à Carolô IV. confirmatum asserens; Ortum verò & principium (*ait ille*) duxisse 1262. vel 1268. confirmante id Rudolpho I. Imp. additq; ansam ei præbuisse bellum novennale, † qvod Henricus Illustris Mi- 118
sniæ Marchio gesserit cum Sophiâ, Ludovici Landgravii Hassiæ, & S. Elisabethæ filiâ desponsatâ Duci Brabantino, ex Davide Chytræô, *lib. 15. Saxon. fol. 480.* & Fabrit. *lib 6. orig. Saxon.* cui adstipulantur Arum. *disc. 6. ad Aur. Bull. concl. 6.* Theod. Reink. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4. cap. 18. n. 3.* König. *dict. cap. 5. n. 49.*

XIIX.

Qvô ex conflictu eqvidem nubeculam hujus rei non minimam 119
animad-

animadvertere licet, qvàm necipsimet Domini Confœderati dispel-
lere ausi fuerunt, à multis tantummodo annis & tempore immemo-
riali pactum Confraternitatis repetentes, in conclusô super formali-
bus renovationis *sub datô Naumburgi, 30. Martii Anno 1614. in verbis*
initialibus: Die von unsern hochlöblichsten und hochlöblichen in Gott
ruhenden Vorfahren/ vor vielen undencklichen Jahrē auffgerichtete
120 Erbvereinig- und Erbverbrüderung zuerneuren. † Qvibus etiam
verbis usus est Serenissimus Saxoniæ Elector, in literis ad Cæsaream
Majestatem, *sub dato Dresdæ, 29. April. Anno 1626.* Das vor undenckli-
chen Jahren zuerhaltung Fried und Einigkeit / eine Erbverbrüde-
rung auffgerichtet worden: & rursus in literis *sub dato* Dreßden/ 21.
Febr. Anno 1614. Ew. Keyserl. Majest. gebe ich hiermit allerunterthä-
nigst zu erkennen / das meine hochgeehrte löbliche in Gott ruhende
Vorfahren an Chur- und Fürstlichen Hause Sachsen/ mit den hoch-
löblichen Chur- und Fürstlichen Häusern Brandeburg und Hessen/
und derer Vorfahren lobseliger Gedächtnüß/ vor vielen undenckli-
chen Jahren einer beständigen und kräfftigen Erbvereinig- und Erb-
121 verbrüderung sich miteinander verglichen/ 2c. Nec mirum, † à tot
retrò annis certum inveniri haut posse initium & momentum, cùm
in aliis etiam illustrioribus ordinationibus Imperii multò majores
tenebræ deprehendantur, Herm. Kirchn. *in Morviller. lib. 1. cap. 1. n. 54.*
122 Qvæ † enim politicorum & historicorum qverimoniæ, de incertitu-
dine tùm auctoris, tùm temporis, in Collegiô Septem Virorum con-
stitutô? qvæ scriptorum concertatio? qvis sententiarum conflictus?
123 & tamen plerię; tandē in terminô subsistunt incertô, cum † ipsômet
Carolô IV. Imp. *in aur. Bull. tit. 1.* Lonig. Archiv. Vatican. *præfat. in*
consil. Pontif. exhib. de adhort. Bavar. Duc. ad petend. dign. Elect. ambien.
à sed. Apostol. At si omninò uni ex prædictis opinionibus adhæren-
124 dum, † tutiori videntur nobis ingredi viâ, qvi in Annô 1373. pedem
figunt: (1.) Licèt enim Waremundo ab Erenberg concedamus, jam
Annô 1262. ut vult Fabr. vel 1268. secundùm Chytræum, initum fu-
isse fœdus à Domô Saxonicâ & Hassiacâ, non certè propterea liqvet,
125 † qvod fuerit successoriū, qvô de jam agimus, qvia sæpius hoc con-
funditur cùm fœdere der Erbvereinigung / ut diximus *supra th. n.*
tantum abest ab historicis antiqvis id factum haud esse, vel fieri po-
tuisse. (2.) Cumq; de aliâ confirmationis Imperatoriæ formulâ non
appa-

appareat † præter eam, qvam *Annô 1373. die Luciæ* à Carolô IV. 126
Imp. factam legimus apud Limn. *dict. cap. 8. pag. 214*. ex qvâ solâ tamen de Confraternitatis successoriæ formâ & subsistentiâ constare potest, utiq; in hâc acqviescimus cum Reusnerô *dict. consil. 3. n. 45.* usq; dum de aliâ vetustiore certò edocti fuerimus. (3.) † Ut taceamus, colligi haut obscurè ex verbis confirmationis Carolinæ, pactū successorium ab eô non renovatū, sed de novô initum fuisse; ex integrô ejus contextu paucula hæc allegari sufficiat: An einander vermacht und geben haben, und ihr jedweder der obgenanten Theile dem andern Theil zu rechten MitErben und Gemeine seines Fürstenthumbs/ Herrschafft/ Land/ Städte/ Vesten/ Leuten/ Gütern und ihren Zugehörungen empfangen und gäntzlich genommen hat/ ꝛc. *Et posteà:* Von Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit und von rechtem wissen/ haben wir solche Auffrichtungen beeder Theil auffgenommen/ ꝛc.

XIX.

Qvicqvid verò tandem sit, † non est ut in tempus initii tàm anxiè 128
inqviramus, sufficit nobis, tale Confraternitatis pactum inter domum Saxonicam & Hassiacam reverâ esse contractum, qvod & à multis Impp. confirmatum, qvin & sæpiùs à paciscentibus renovatum & qvandoq; extensum videmus, Warem. ab Erenberg *dict. cap. 2. n. 35* Joh. Limn. *dict. cap. 8. n. 161.* Guttich. *dict. loc. concl. 3.* De renovatione † siqvidem *Annô Christi 1431. Annô 1457. Annô 1471. & 1487.* 129
factâ, ex Fabr. Chytr. & aliis historicis informati attestantur Petr. Ritter. *allegat. discurs. de confrat. & confæder. conclus. 10.* & Remig. Fesch. *dict. dissert. de fæder. concl. 24. lit. C.* ac in specie, posteriori renovatione Confratres factos dicit Ritter. *cit. loc.* † Fridericum Ducem & E- 130
lectorem Saxoniæ, Johannem Marchionem Brandeburgicum & Electorem, Albertum & Johannem Agnatos, Duces Saxoniæ, Fridericum & Sigismundum Marchiones Brandeburgenses, Wilhelmum Seniorem, Wilhelmum juniorem II. & Wilhelmum minimum III. Comites Katzenelebogenses, omnes Landgravios Hassiæ. † Ac rur- 131
sus renovatione reiteratâ *Annô 1537. sub datô* Zeitz/ Mitwochs nach *Judica*, Johannem Fridericum Electorem Saxoniæ, Joachimum Electorem Brandeburgicum, Henricum & Johannem Ernestum Duces

Saxoniæ, Georgium, Johannem & Albertum Marchiones Brandeburgicos, & Philippum Landgravium Hassiæ pactô successoriô obli-
132 gatos asserit idem Ritter. *dict. concl. 10.* Cujus fides † licèt ex eô labefactetur, qvòd indistinctè aliis adjungat Confratribus Electorem Brandeburgicum, de cujus receptione tamen in Confraternitatem res planè ambigua est, ut maximè confœderationē de conservandâ pace
133 unà cum aliis inierit. Attamen de † renovatione *Anno 1555 die 11. Martii* factâ ab Augustô Electore, Johanne Friderico II. Johanne Wilhelmô & Johanne Fridericô III. Ducibus Saxoniæ, Philippô Seniore, Wilhelmô & Ludovicô Landgraviis Hassiæ, certò nobis constat ex instrumentô renovationis, qvod extat apud Limn. *dict. cap. 8.*
134 *n. 162.* Licèt Ritter. † hîc rursus immisceat Marggravios Brandeburgenses; in qvô errore etiam hæret Reinhard. König *in theatr. polit. part. 1. cap. 5. n. 49.* allegans ad hoc Joh. Sleid. *lib. 26.* qvod si æqve de
135 pactô confœderationis accipiamus, res expedita erit. † Porrò & *Anno 1587. 8. julii* à Christianô I. Electore, Friderió Wilhelmó, Johanne, Johanne Casimirô, Johanne Ernestô Ducibus Saxoniæ, & Wilhelmô, Ludovicô, Georgiô & Mauritiô Hassiæ Landgraviis Naumburgi pactum Confraternitatis denuò fuisse renovatū, fidem indubitatam facit formula renovationis, qvam legendam exhibet Limn. *dict. cap. 8. n. 163.* Cujus etiam meminit Dom. Arum. *in disc. 6. ad Aur. Bull. concl. 6.* Remig. Fesch. *dict. concl. 24. lit. C.* Joh. Caspar. Guttich. *alleg.*
136 *differt. de confrat. concl. 3.* Et tandem nostrâ ætate, † *Anno 1614. Mens. Martio* itidem Naumburgi, singulari cum solennitate inter utriusq; familiæ Principes Confraternitas hæcce de novô repetita, arctiusq;
137 † confirmata fuit, Arum. Fesch. Guttich. & Ritter. *citatis locis.* Cujus tenorem recitat idem Limn. *dict. cap. 8. pag. 224. & seqq.* Hæcq; ultima ac novissima est renovatio.

CAP. II.

Solennia Confraternitatis-Saxonico-Hassiacæ renovandæ qvænam?

XX.

1 MAgni momenti qvæ sunt, † haut leviter & perfunctoriè tractari debent: mirum ideoq; non est, præmissis pariter Curialibus, & cer-

& certis solennibus adhibitis Confraternitatis pactum pangi & renovari, cùm nec veteres fœderũ tractationem absq; ritibus susceperint, qvi tamen pro diversitate populorum varii fuerunt. † Modò 2
enim cæsis victimis, ut refert Petrus Martyr, *1. Sam. 18. vers. 3. in verb. percusserunt.* modò junctis manibus, qvod apud Parthos, Medos & Hircanos in usu erat, Alexand. ab Alexandr. *5. gen. dier. cap. 3* modò porcô silice percusô, qvaliter fœdus inter Romanos & Albanos sancitũ refert Liv. *dec. 1. lib. 1.* modò lapidis projectione, *Agell. lib 1. cap. 21.* modò panis vel salis libatione, qvæ duo maxima erant fœderis symbola, Cœl. Rhodig. *28. antiqvit. 15.* modò vini aut cõtrahentiũ mutuâ sanguinis propinatione, Flor. *lib. 4. cap. 1.* Herodot. *lib. 4.*
Boëm. *de morib. gent. lib. 2. pag. 116.* † aliisq; variis modis fœdera fir- 3
mabant, de qvibus Zuinger. *theat. vol. 1. lib. 2 pag. 165.* Schönb. *lib. 4. polit. 35.* Fesch. *de fœder. concl. 14.* Camerar. *hor. subcis. cent. 1. cap. 6.* Joh. Bodin. *5. de Republ. 6.* Licet verò ritus hi omnes ab usu hodiè re-
cesserint, † nunqvam non tamen fœdera certis solennibus pangun- 4
tur, qvæ & in pactô Confraternitatis renovãdô observari necesse est: De qvibus cùm nil certi habuerint Principes confæderati; in novissimâ Confœderationis & Confraternitatis renovatione *Annò 1614.*
Naumburgi celebratâ, † unanimi consensu solennia qvædam ac re- 5
qvisita in actibus renovationis observanda consignari fecerunt, ac subscriptione suâ *sub dato 30. Martii*, corroborarunt; cujus scripturæ tenor mentem ipsorum verbis statim initialibus luculenter aperit,
qvæ sic habent: † Nachdeme wir untenbenante Chur- und Fürsten 6
der Häuser Sachsen/ Brandeburg und Hessen/ uns nach der Naumburg zusamen verfüget/ die võ unsern hochlöblichstẽ und hochlöblichẽ in Gott ruhendẽ Vorfahrẽ vor vielẽ undencklichen Jahrẽ auffgerichtete Erbverein- und Erbverbrüderung zu erneurẽ/ und bey gehaltener *deliberation* der *preparatorien* sich allerhand *difficulteten* ereignet/ welche/ da ihnen richtige masse nicht gegeben würde/ das welmeinende unserer Vorfahren *intent*, nemlich gute Freundschafft/ *correspondentz* und Einigkeit zerrütten/ solche wolangesehene Versamblung zu nichte machen/ auch andere Widerwertigkeiten unter den Chur- und Fürstlichen Personen anrichten könte. Als haben wir solche *difficulteten* in nothtürfftige reiffe Berathschlagung gezogen/ und nach wolgepflogener reifflicher Erwegung umb gemeiner Ruhe und Frie-

dens wissen / auch zu erhaltung guter correspondenz / Freundschafft und Einigkeit unter den Erbvereinigten und Erbverbrüderte Chur- und Fürsten / uns nachfolgendes Schlusses / wie es bey jetzigen und künfftigẽ solchen tagen derenthalben gehalten werden solle / einmütiglich verglichen ꝛc. Apparet hinc, solennia illa reqvisita † Confœderationis pariter & Confraternitatis renovandæ actum concernere, cùm uterq; conjunctim expediri soleat, ut monuimus *suprà th. 1. n. 27.* At in præsentiarum ea, qvæ pro institutô nostrô, actui Confraternitatis conveniunt, speciatim delibabimus.

7

XXI.

8 Estq; *Primum*, † indictio conventûs ad actum renovationis à Serenissimô Saxoniæ Electore, ceu actus hujus Directore longè eminentissimo facienda. Directorium enim Serenitati suæ competere, nemo mirabitur, cùm ratione dignitatis Electoralis & Archi-
9 mareschallatûs reliqvos Principes confœderatos præcedat, † quidni ergò etiam ratione directorii, qvod honoratiori meritò defertur, & per conseqvens etiam indictio conventûs, qvô de ita verba habent prædicti *Receßûs*: Anfänglichen soll einem Churfürsten zu Sachsen / er sey geschworen oder nicht / daß Außschreiben zur *renovation* der Erbvereinig- und Erbverbrüderung sambt dem *Directorio*, wie her-
10 kommen / verbleiben. † Ex qvô principiô etiam Reges Galliarum atq; Hispaniarum, ut peculiare directorii signum, sibi potestatem indicendi Comitia reservarunt, Joh. Bodin. *lib. 3. de Republ. cap. 7.* Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 24. de Republ. cap. 5. n. 3.* † Et competit jure
11 directorii ac Decanatûs in Collegiô Electorali potestas convocandi Coëlectores, & indicendi Comitia Electoralia Archiepiscopo Mo-
12 guntino, *Aur. Bull. tit. 1. §. 19. & tit. 4. §. 2.* veluti † hinc qvoq; in electione Regis Romanorum, Coëlectorum vota perqvirit, *dict. tit. 4. §. 3.* atq; ipse demùm ultimò rogatus suũ promit, *dict. §. 3.* Joh. Limn. *lib. 3. jur. publ. cap. 4. n. 3.* Cumq; Serenissimus Saxo sit Archimareschallus Imperii, cujus respectu nõ minima directionis pars, ratione
13 † convocationis ad deliberationes & consultationes in Comitiis Imperii, vulgò (die Ansage) ei attribuitur, ut apparet ex relatione Sixti Sommers, qvondam Submareschalli hereditarii, von des H. Reichs Erbmarschalls Ambtsverwaltung. *sub. tit.* Von der Ansagung zu der Keyserlichen oder Königlichen Majest. Hofedienst und

Reichs-

ReichsRath. & † *transactione inter Moguntinum Danielem, & Saxo-* 14
niae Augustum Electores, Francofordiæ Annô 1562. inita, sub rubr. Auff-
satz und Vergleichung wegen der streitigen Ansage zwischen Chur
Maintz und Sachsen/ *Anno 1562.* Mitwochs nach *Omnium sanctorum*,
zu Franckfurt geschehen. cujus tenorem retuli *in comment. ad Leg. Reg.*
cap. 11. sect. 6. absonum certè foret, in particulari † solummodò Prin- 15
cipum confœderatorum conventu jus directionis ac indictionis ei
denegatum iri. Qvod tamen ex propriâ conventione ita fuit attem-
peratum, † ut Director Serenissimus ante indictionem Electori 16
Brandeburgico id significet, & salvó directorii jure, de instituendó
ad renovationē conventu cum eô deliberet; reliqvis verò Principibus
fas sit, † pro indicendô renovationis actu Saxoniæ Electorem amicè 17
compellare, *ex prædicto Recessu*: den Erbvereinigtē und Erbverbrudertē
aber unbenommen der *renovation* halber bey dem *Directore* freundliche
erinnerung zuthun/ inmassen dessen auch ein Churfürst zu Sachsen mit
einem Churfürsten zu Brandeburg freundliche *communicatio* dessent-
wegen zu pflegen/ doch *absq; præjudicio directorii competentis*, nicht un-
terlassen wird. Non immeritò: postqvàm † enim renovatio Confra- 18
ternitatis omnes confœderatos concernit, durum admodum esset,
ab indictione conventûs eos prorsus excludi; cùm nec Imperator in
Comitiis universalibus indicendis, † cui tamen jure Majestatis fa- 19
cultas hæc competit, Arnold. Clapmar. *lib. 1. de arcan. Rerumpubl.*
cap. 14. Bornit. *de majestat. cap. 26.* Henning. Arnis. *de jurib. majest.*
major. cap. 4. sine præscitu & approbatione Electorum, conclusum
sibi soli sumat, Capitulationis vigore constrictus, *in verb.* Die
Reichs-Täge ohne Wissen und Willen der sechs Churfürsten nicht an-
setzen noch außschreiben/ Joh. Sleid. *lib. 1. hist. pag. 19.* Melch. Gold.
in polit. Imp. part. 12. Tob. Paurmeist. *de jurisdict. Imp. Rom. lib. 2. cap.*
2. n. 19. † qvod nec hactenus aliter observatum, clausula *Recessibus* 20
Imperii annexa (Als haben wir auff vorgehenden Rath/ Wissen und
Bewilligung obgemelter unserer und des heiligen Reichs Churfür-
sten/ nicht umbgehen mögen/ eine gemeine Reichsversamblung auß-
zuschreiben.) luculenter probat, *Recess. August. de anno 1550.* §. dero-
wegen wir auff vorgehabten statlichen Rath. *Recess. Ratisbon. de annô*
[illegible]. §. Weil wir aber. *Recess. Spirens. de anno 1570. vers.* Als haben
wir nicht umbgehen mögen / ꝛc. *Recess. Ratisbon. de anno 1576. vers.*

Als haben wir mit Rath. *August. de annò 1582. vers.* derohalben zu nothwendiger. *Ratisbonens. de annò 1594. vers.* Wenn aber diese 2c. & *annò 1603. vers.* hierumb und dieweil 2c. Arum. *de comitiis. cap. 5. n. 27.* Georg. Spalatin. *de vitâ Friderici III. Elect. Sax. de annò 1519. sub capite:* hernach verzeichnete *Articul* seyn in der Wahl eines Römischen Keysers 2c. apud Hortleder. *de caus. belli german. lib. 4. cap. 23.*

XXII.

21 At, qvid opus, inqvies † indictione conventûs, ac renovatione Confraternitatis, cùm hæc semel contracta & ab Imperatore confirmata in perpetuum duret, sitq; transitoria in heredes, qvi ex conventione Antecessorum æqvè obligantur, *l. 2. §. ex his. ff. de V. O. Novell.*
22 *48. in pr.* & facto defuncti contravenire nulli † heredum fas sit, *l. cum. à matre. 14. C. de rei vendic. l. 24. C. de donat.* Joh. Casp. Gutterb. *de confratern. conclus. 8. lit. f.* Petr. Ritter. *de confrat. th. 12.* Qvod & ipsissima Confraternitatis hujus verba satis manifestè innuunt, *versic. fin.* Und daß diese vorgeschriebene und erneuerte Bruderschafft/ auff und übergebunge/und alle Stücke/ Punct und *Articul* dieses Brieffs von uns allen/ und allen unsern Erben/ stet/ gantz und unverbrochen sollen gehalten werden / haben wir 2c. vor uns und unsere allerseits rechte mänliche Lehens Erben / Fürsten zu Sachsen und Hessen 2c. de qvô pluribus *infrà cap. 4.* Sed neqvaqvam hinc inferendum, frustrà
23 † renovari pactum Confraternitatis ab antecessoribus initum: qvod sanè prudenter & urgentissimis ex causis fieri, vel inde apparet; (1.) Ne qvod antiqvitùs a tempore immemoriali ab Antecessoribus ge-
24 stum & actum est, † oblivioni tradatur, sed in recenti memoriâ conservetur ac denuò stabiliatur. Qvid periculi enim subsit in reticentiâ ac sepulturâ eorum, qvæ à majoribus peracta fuerunt, neminem fugere potest, & in hisce ipsis terminis vivum præbet exemplum intermissio renovationis cum Serenissimô Electore Brandeburgicô, ut cum de antiqvâ Confraternitate in aulâ Imperiali non constiterit, repulsam tulerint Principes confœderati, novæ Confraternitatis cõ-
25 firmationem petentes, *infrà cap. 5.* (2.) † Postqvàm etiam pactum Confraternitatis Principes ad defensionem bonorum ac principatuum utriusq; familiæ obstringit, ut docet pacti hujus tenor, §. Und als nun. *vers.* So sollen und wollen wir/ unser jeglicher den andern

gewiss-

getreulich/mit Landen und Leuten wider allermänniglich/niemandes außgenommen / beholffen seyn/ unser jeglicher des andern Land und Leute/ ihr Gut und Haabe/ gleich seinen eigenen Landen und Leuten helffen/ wehren / schützen/ schirmen und vertheidigen/ ꝛc. fieri non potest, † ut qvandoq; de negotiô, causâ & ratione defensionis, aliisq; necessariis pactum istud concernentibus non sit deliberandum, qvæ sanè res præsentiam confœderatorum reqvirit, si præsertim prioribus pacti articulis aliqvid addendum, demendum vel immutandum, consultiùs ducant. † Contingere & potest, ut unus ex confœderatis pro eâ qvæ est inter Confratres confidentiâ, id qvod ipsum affligit in sinum aliorum deponere, ab iisq; consilium & auxilium implorare velit: qvod inter absentes vix commodè efficietur: qvò & respexerunt Domini paciscentes in † *Recessu* super formalibus renovationis confectô, *hisce verbis*: Wann auch einer unter den Erbvereinig- und Erbverbrüderten Chur- und Fürsten anliegen hätte/solle demselben auch der *renovation* der Erbvereinig- und Erbverbrüderung/ den andern solches vorzubringen unbenommen seyn. Dargegen aber/ob man mit solchen Sachen sich belegen/ oder wie weit man sich des Beschwerten annehmen wolle / *deliberiret*, und ins künfftige diese vergleichung mit in die Erbvereinig- und Erbverbrüderung eingerucket/ und alsdann geschworen werden. (3.) Et qvod potissimum est, † licet pactum Antecessorum heredes ac successores obliget ad observantiam, juramentô tamen corporali eam confirmari visum fuit Serenissimis ac Illustrissimis Principibus Confratribus, qvod paulò post explanatum dabimus: at qvomodo præstabitur juramentum ab iis, qvi sunt absentes? sanè hæc unica causa, ad † renovationem omnium urgentissima videtur. Qvotiescunq; igitur fit, ut auctâ progenie, utriusq; familiæ heredes & successores existant, indici poterit conventus, qvòad renovationem pariter pacti successorii, & præstationem jurisjurandi adigantur, idq; liqvescit † ex verbis modò allegati *Recessûs*: So offt es nötig/ und viel Fürsten/so nicht geschworen/ in den Häusern befunden / soll der Erbvereinig- und Erbverbrüderungs Tag außgeschrieben werden/ ꝛc.

26 27 28 29 30 31

XXIII.

Nonnè autem hoc contra Imperii observantiam? qvâ † nec Electoribus sine speciali Imperatoris permissu olim convenire licuit, 32

Melch

Melch. Goldast. *de Regnô Bohem. lib. 3. cap. 5. n. 5.* Alb. Stadens. *in Chron. annô 1240.* Paul. Bernriedens. *in vitâ Gregorii VII. Papæ,* nedum reliqvis Imperii Principibus, Peucer. *lib. 5. Chronicor.* Qvin nec sine
33 periculô id permitti dixeris: fieri enim † vix potest, ut non ipsorum familiares de rebus anteactis loqvantur, haut absq; molestiâ & timitu alterius partis; alii sint aliis elegantius vestiti; ex ipsis qvoq; Principibus alii aliis sint decentiores, unde ludibriū nascitur & jocus, Philipp. Cominæus *lib. 3. comm. de rebus gestis Ludovici XI.* Et vidi, †
34 *inqvit ille*, qvô tempore Carolus, Dux Burgundiæ Comitē Palatinū Rheni per complures dies, honorificè tractabat Bruxellæ, Burgundiones dicebant, Germanos esse sordidiores in rebus omnibus, ideò potissimùm qvòd ocreas conjicerent in lectos cubiculares splendidè magnificeq; paratos, & leviùs multo qvàm anteà, qvum nondum vidissent, de iis judicabant, Germanis autem displicebat luxus ille
35 immodicus & ostentatio. *hactenus Cominæus.* † Constat etiam, cùm Fridericus III. Imp. & Carolus Dux Burgundiæ Augustæ Trevirorum congrederentur, qvomodo offenderit Cæsarem Caroli in congressu fastus, & affectus in omnibus rebus splendor, qvo continentiam suam & frugalem modestiam superari, atq; adeò in contemtū adduci
36 videbat, Gerard. de Roo, *lib. 8. histor. austriac. de. annô 1473.* † Qvid Carolô IIX. Regi Galliarum in Italiam venienti accidit, ex historiâ Pierre Matthieu *livr. 2. de Henry IV. narrat. ult. n. 6.* discere licet, is enim pro alterô Cæsare habitus, ubi primus visus fuit in S. Johannis Lucensis fano, ut judicaret controversiam inter Reges Castiliæ & Aragoniæ, palliô indutus humerali castaneô & pileô grisiô conchyliis & imaginibus ornatô, Hispani dixerunt, peregrinū esse S. Jacobi
37 Compostellani. † Et cùm filius ejus apparebat staturâ tam parùm conveniente reputationi valoris ejus & animositatis, illi qvi de intrinsecis per extrinseca judicare solent, irriserunt eum & nullum honorem ipsi exhibuerunt, priusqvàm notarunt, eum à ministris suis
38 observari, Pierre Matthieu *dict. loc.* Suadent † ergò Politici, ut Principes rarò in collocutionem descendant, & congregationes celebrent: vel etiam propterea, qvò † ut opes potentiamq; suam ostentent, sum-
39 tuosissimos in congressibus mutuis sese exhibeant, utpote † qvi nonnisi rarò divitiarū & pecuniæ fructum haut alium qvàm profusionē credant, Dom. Arum. *de Comit. cap. 5, & in discurs. 1. ad Aur. Bull.* Ex qvo

nedum

nescit, ex legibus Romanis propter sinistram suspicionem, † absq; 40
summi Principis concessione, etiam prætextu salutis publicæ, infe-
rioribus Magistratibus conventus haut licuisse, *l. 1. ff. de Colleg. illic. l.*
conventicula. C. de Episc. & cleric. Verum qvia obstacula hæc non tam
ipsos Principum congressus, † qvàm vitiosam eorum structuram & 41
abusum impugnant, iniqvus erit censor, fundamentū comitiorū par-
ticulariū penitùs evertens: qvin potius sectemur exemplū medico-
rum, † qvi propter vitiosos humores ipsum corpus haud destruunt; 42
qvod nec Carolo IV. æqvum fuit visum, conventus & fœdera pro
conservatione Status publici, Principibus permittenti, † in *Aur.* 43
Bull. tit. 15. vers. doch außgenommen die Verbündnüß und Eigen/ etc.
Idemq; cùm repetat & promittat Imperator recens electus in Capi-
tulatione, §. Wir lassen auch zu. *vers.* sondern uns in deme und an-
dern der Güldenen Bull gemeß/ gnädiglich und unverweislich halten
sollen und wollen. non est, † qvod consensum Imperatoris specia- 44
lem ad indictionem conventûs pro renovandô Confraternitatis pa-
ctô reqviramus, licèt ad tollendam omnem suspicionem sinistram,
Majestatem Cæsaream de hôc certiorem per literas saltèm reddere,
necessum duxerint confœderati. Joh. Sleidan. *lib. 2[illegible]. histor.* qvod &
in novissimô renovationis actu *Annô 1614. sub datô 1[illegible]. Febr.* † à Sere- 45
nissimô Saxone ceu Directore factum novimus: Als habe zu solcher
Erbeinigungs und Erbverbrüderungs verneuerung/ ich eine persönli-
che Zusammenkunfft auff den 27. instehendes Monats *Martii*, gegen
der Naumburg außgeschrieben/ und nebens meinem Hause/ auch die
Chur und Fürstlichen Häuser Brandeburg und Hessen in der Person
zu erscheinen/ und das jenige/ so solche Erbeinig- und Erbverbrüde-
rung vermag und in sich hält/ zuleisten erfordert/ Inmassen ich dann
auch solcher Zusammenkunfft/ vermittels Göttlicher verleihung per-
sönlich beyzuwohnen entschlossen. † Damit aber Ew. Keys. Majest.
von derselben solche Zusammenkunfft berichtet werden solte/ nicht 46
etwan ungleiches nachdencken deßwegen haben möchte/ so habe Ew.
Keyserl. Majest. zu was ende diese Chur- und Fürstliche Zusammen-
kunfft angesehen, unterthänigst zu erkennen zugeben/ und dieselbe hier-
durch alles widrigen verdachts zubenehmen/ ich für nothwendig er-
achtet/ und Ew. Keyserl. Majest. nebens derselben hochgeehrten
geliebten Gemahlin/ thue ich göttlicher bewahrung zu langwierigem

Glücke.

glücklicher Regierung und Keyſerlichen Wolſtande gantz treulich, mich aber zu beharrlichen Keyſerl. Gnaden unterthänigſt befehlen.

XXIV.

Secundum jam ſuccedit reqviſitum, ſeu formale renova-
47 tionis, † qvod in comparitione Principum Confratrum conſiſtit; poſtqvàm enim literæ convocatoriæ iis fuerint inſinuatæ, officium ipſorum eſt, actui intereſſe, & qvidem in perſonâ conventum acce-
48 dere, † ſecundùm verba transactionis *de anno 1614.* So ſollen die Regierenden und nicht Regierenden / ſie haben zuvor geſchworen oder nicht / in der Perſon zu erſcheinen ſchuldig ſeyn. Idq; jam apud
49 priſcorum Ordinum, qvos perſonaliter † Comitia acceſſiſſe, & nunqvam niſi legitimô impedimentô detentos, aliô vice ſuâ ablegaſſe, gravi in emanentes conſtitutâ mulctâ, conſtat *ex cap. 30. §. 1.* Der
50 Keyſerlichen und Königlichen Land- und Lehenrechts. † qvæ tamen ſeveritas poſteà ab uſu receſſit, Dubrav. *lib. 11. hiſtor. Bohem. Arum. de comit. cap. 5. n. 40. & 4.* Præſtat ſiqvidem tractationi & renovationi fœderum, contrahentes in perſonâ intereſſe, cùm [illegible] poſſint, cur ratum non habeant, qvod per legatos ſuos actum eſt: †
51 cujus rei exemplum præbet Ferdinandus Rex Hiſpaniæ, qui cùm fœdus pepigerat *Anno 1503.* cum Ludovicô XII. Rege Galliæ, nempe per Philippum Auſtriacum generum ſuum, non abſq; præjudiciô alterius partis id ratum habere detrectavit, Remig. Feſch. *de fœder.*
52 *concl. 15. lit. a.* eâq; de causâ † in fœdere inter Philippum Pulchrum, Galliæ Regem, & Henricum Britannum initô *Anno 1303.* cautum legitur, ut Henricus fidem daret præſens, aut morbô neceſſariô impe-
53 ditus per filium ſuum primogenitum; de † qvô aliô etiam in fœdere cum Eduardô III. Angliæ Rege *Anno 1330.* fuit à contrahentibus proſpectum, Joh. Bodin. *de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 172.*

XXV.

54 Non eqvidem inficiamur, † graviſſimis ſæpè negotiis domi Principes detineri, qvò minus abeſſe qveant. Nam ut Anton. de Guevarra ait, perſonæ illuſtres ob Principatûs amplitudinem à ſer-
55 vitute, ne dum curis graviſſimis immunes haud ſunt; multis † enim partibus intolerabilius eſt, animum curis ac ſollicitudinibus conta-

con-

tum, qvàm pedes ac colla ferrò vincta habere; Servo si lenius sit, ca-
tenæ laxantur; at Principes ac Dynastæ, qvò majores sunt, eò ma-
joribus obruuntur curis; Principis siqvidem, cui vere cordi est salus
Reipublicæ, ne punctum qvidem temporis qvietus est animus; Servus
dum vivit, se manumissum iri sperat: at Principibus nulla usq; ad
mortem speranda est libertas; Servo compedes certò pondere impin-
guntur: at Principibus sine mensurâ curæ cumulantur, Guevarr. *in*
horol. princip. lib. 1. cap. 29. † Ut nec falsò hinc Rex Alphonsus, cum 56
inter cœnandum ab importunò qvòdam adeo interpellaretur, ut vix
ipsi potestas edendi esset, succlamaverit: asinorum conditionem
longè meliorem qvàm Regum esse, illis namq; comedentibus do-
minos parcere, Regibus neminé, Panorm. *lib. 1. n. 12. de dict. & factis*
Alphons. Et Rex † Galliarum Henricus II. multitudine solicitan- 57
tium aliqvando ita pressus, ut spiritum trahere impediretur, per De-
um circumstantes, ut spacium respirandi, fenestramq; ei aperire con-
cederent, rogare coactus fuit, Mich. Hospital. *Epist. lib. 1.* Qvis non
ergo, si tam variæ magnæq; occupationes & impedimenta præsen-
tiam Principum exposcentia obstringerent, excusatum eos iri existi-
met, † si nuncios vice suâ ad conventum renovandæ Confraternita- 58
tis ablegent, cùm præsertim in Comitiis hoc receptum sit, *Recess. Imp.*
de anno 1512. §. Es sollen auch die Churfürsten. & §. *Item* haben
wir 2c. Nec præsentia eorum adeò necessaria videtur, † postqvam 59
Consiliarii ablegati longè rectiùs negotia trutinare soleant. Princi-
pes verò qvia intra Palatia sua deliciis dediti, *inqvit* Guevarra, vel
cogitatione rerum sublimium occupati, non nisi familiares intimos
ad secretam admittunt consvetudinem, nonnunqvam etiam otio,
conviviis terendo totos se dedunt, ne illa qvidem, qvæ in ipsis emen-
datione indigent, nedum qvæ in Rebuspublicis medicinam flagi-
tant, animadvertant, *in horolog. Princip. lib. 3. cap. 6. n. 471.* † Qvin & legatos 60
mittentes, ingentes sumtuum expensas, qvas præsentia ipsorum non
tam postulat, qvàm flagitat, evitabunt. Sed utut hæc largiamur, ni-
hilominus tamen † ad conventum nostræ Confraternitatis accom- 61
modare licet, qvippe in qvò jurandum ab ipsis in pactum successori-
um, qvod vel solum præsentiam præcisè exposcit, nec promissionem
per nuncios admittit, ut mox dicemus. Non tamen adeò rigidi sive-
runt Principes Confratres in ponenda lege, † ut omnem præsentiæ ex- 62

cusa-

cusationis rationem absentibus præciderent; veniam potiùs & fa-
cultatem per legatos comparendi concedentes, si causa inevitabilis
subsit, aliumq; modum ac diem jurandi præscribentes, ut qvi vel-
63 eâ; † ita namq; pacti fuerunt: Doch möge die Regierenden unbe-
schwernen / wie bißhero gebräuchlich / durch gnugsame Bevollmäch-
64 tigte / im fall verhinderung vorfiele / den Tag besuchen lassen. † Ne-
enim culpabile esse potest, qvod fit urgente necessitate, *can. [illegible]*
mina. 30. quæst. Hieronym. de Cævallos. *in Spec. comm. opin. quæst.*
906. n. 50.

XXVI.

Comparentibus verò Principibus sivè in Personâ, sivè per Lega-
65 tos, † de Sessione eorundem dispiciendum: idq; *Tertium*
habetur in formalibus hujus actûs; nec minimum si pensitemus dis-
cordias & disceptationes, qvæ ratione ordinis ac sessionis in hujusmo-
66 di conventibus recrudescere solent, ita ut Legati Principum † se
in aliorum qvandoq; locum violenter intrudant, indeq; rursum ex-
turbentur, Adam. Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 2. cap. 5.* Et si ex am-
bitione Clericorum atq; Episcoporum duntaxat exempla petere li-
67 ceat, qvemnam fugiunt † altercationes inter Hecelonem Hildes-
heimensem Episcopum, ac Weideradum Abbatem Fuldensem, cru-
entissimæ in festô Pentecostes inter preces in æde sacrâ, [illegible]
ante ora ac oculos Henrici V. Imperatoris factæ? qvas posteritati ad
68 horrorem reliqvit depictas Lambertus à Schafnaburg. † qvarum
causam hisce adducit verbis: *consuetudo erat in Regno per multos retrò*
majores observata, ut semper in conventu Episcoporum Abbas Fuldensis
Archiepiscopo Moguntino proximus assideret. Sed Episcopus [illegible]
neminem sibi intra dioecesin suam post Archiepiscopum debere præferri, Hi-
69 *stor. germ. sub annô 1063.* † Qvem contentio [illegible], qvam idem
Abbas Weideradus in Comitiô Moguntinô aliqvot post annos cum
Archiepiscopo Ubiorum fertur reciprocasse, cum locum [illegible] Im-
70 peratoris proximum occupare conaretur: qvod, ut ait Cranz, † mul-
ti qvidem meminerant ab antiqvâ observantiâ, in eô præferendum loco
esse factum, sed Princeps Elector & Archiepiscopus [illegible]
71 [illegible] *lib. 6. Saxon. cap. 26.* Qvem † certa illa inter Hildes-
heimum Episcopum Rudolphum, & antiqvam Comitum [illegible]
genium

gensium familiam atrocissima prælia? Kirchner. *in Legat. lib. 2. cap. 5.*
n. 69. Qvem illa, † qvæ etiamnum in conventibus Imperialibus in- 72
ter Ordines & Status de Subselliorum jure ultra modum gliscunt
contentiones? Qvorum restant vestigia Recessibus Imperii impressa,
de anno 1510. §. *Item* als sich im Anfang. *de anno 1542.* §. Als sich auch
etliche Fürsten. *& de anno 1544.* §. Und nach dem in solcher Versam-
blung. *&* §. Und als sich im Anfang. † ut hinc forsan non falsò di- 73
xerit Johannes Maoscius, Magnus Poloniæ Cancellarius, Germanos
in Comitiis suis ferè nihil aliud agere, qvàm de Sessionibus digladia-
ri, referente Kirchner. *dict. cap. 5. n. 78.* Ita nimirum † disceptant 74
de jure proedriæ, & præcedentiâ, qvibus illustrioris dignitatis cha-
racter externe est positus, in Comitiis pariter universalibus & parti-
cularibus conventibus, non sine damnô, qvod lites ejusmodi secum
trahunt, benè animadvertentibus Statibus Imperii, † qvando in- 75
qviunt: † Von wegen mißhelligkeit des *Session*streits / wird je zu-
weiln des Reichs gemeine obligen- und vorfallende Nothdurfft zu
rucke gehalten / auch ungleiche *affection* dahero verursachet / *in Recess.*
Imper. de anno 1529. §. Der in dem heiligen Reich / rc. ut profectò
Principes confœderati, in conventu renovationis Naumburgi *Annô*
1614. Mens. Martiô celebratô, † litibus hisce privatâ conventione 76
obviare, causam habuerint urgentissimam, qvam non parùm auxit
qvæstio præcedentiæ inter lineam Altenburgensem & Vinariensem,
† in qvâ licèt Rudolphus II. Imper. *Annô 1607. 17. Septembr.* pro 77
Altenburgensi pronunciârit, haut tamen omnes in eô acqvieve-
runt, litem illam aliqvoties, etiam tum temporis reassumentes,
& nescio ex qvô non Dicasteriô totius ferè Europæ consilia & sen-
tentias proferentes, † ut videre est ex præfatione Melch. Goldast.
ab Haimínsfeld, *in tractat. de majoratu.* Cui tamen amplifi- 78
catio sobolis masculæ Electuralis, pro qvâ Deo sit laus & honor
in æternum, non minimâ ex parte sacrum imposuit silentium.

XXVII.

Qvodnam verò conclusum de præcedentiâ in Sessione? Mul-
tum † certè de modô ac ordinis ratione fuit â Principibus concer- 79
tatum,

ratum, nec abs re, si tradita politicorum perpendamus. Vel enim ex
prioritate dignitatis; vel per sortem: vel ut unus in Senatu præ-
sedeat; alter suffragium prius dicat: vel ut unus prius sedeat, ac simul
votum proferat primum; alter verò in subscriptione Recessûs præ-
80 ponatur, controversiam hanc decidendam autumant. † de qvibus
Dom. Arum. *de Comit. Imper. cap. 7. n. 111. & seq.* Joh. Limn. *lib. 9. jur.*
publ. cap. ult. Goldast. *de major. lib. 1. cap. 19.* Andr. Tiraqvell. *de jure*
primog. qvæst. 17. & 19. Herm. Kirchn. *dict. cap. 5. n. 84. & seqq.* Conrad.
de Valent. *in parth. litig. lib. 2. cap. 5. n. 9.* Unicuiq; suum relinqui-
81 mus judicium. At neutrum placuit confœderatis, † qvi amicabili
compositione rem hanc determinare tutiùs existimaverunt. & qvi
alieni haut prorsus fuêre Status Imperii in Comitiis Augustanis anno
82 *1559.* & qvidem ratione † dignitatis Septemviralis utriq; Electori
Serenissimo præcedentiam meritò deferri, ac post eos Principibus a-
ctu regentibus, sceptraq; tenentibus honoratiorē locū attribui judi-
cârunt omnes: reliqvorū verò respectu, licèt vix amicabilis compo-
83 tio speranda fuerit, amicabiliter tamen † in arbitriô & judicio Serenis-
simi Saxonis, prævia cum aliis deliberatione habitâ, se acqvieturos
promiserunt, qvæ conventio hisce consignata legitur verbis: Der
Chur- und Fürsten *Sessiones* bey solchen außgeschriebenen Erbver-
einig- und Erbverbrüderungs Tagen / sollen nachfolgender Gestalt
jetzo und künfftig gehalten werden / daß beede Chur-Häuser wegen
ihrer *præeminenz* absonderlich / die Fürstliche Häuser aber als Sach-
sen / Brandeburg und Hessen / wie eines dem andern vorgehet / und
mit der masse / die *Session* einnehmen / das jegliches Fürstlichen Hauses
84 regierende Fürsten und Herren den Versitz haben. † Die nicht re-
gierende Herren aber untereinander die *Session*, wie es bey *Particular*,
auff vorgehende mit denen Erbvereinigten und Erbverbrüderten
Chur- und Fürsten / so der *Sessionum* Streitigkeiten halber nicht *in-*
teressiret, gepflogene *communication*, doch *absq; præjudicio causæ prin-*
cipalis, anordnen wird / nach den regierenden Herren halten. Restri-
85 ctum verò hoc pactum voluerunt † ad solum Confraternitatis &
Confœderationis conventum, qvippe in qvô fraternitatis potius
jure, qvàm judicis decreto litem Sessionis terminari, æqvum fore vi-
86 sum, relictô interim unicuiq; † jure suô, quod in Comitiis Impe-
rialib-

dalibus prætendere habet eventu apparet ex clausulâ annexâ : Vnd soll dieses allein bey einem solchen Erbvereinig- und Erbverbrüderungs-Tage also geschehen/ weil man sich bey demselben befindet nicht als Reichstände/sondern nahe Verwandte/ Erbvereinigte und Erbverbrüderte Freunde. Dargegen aber dergleichen *Sessiones* denenjenigen *Sessionen* und *praecedentzen* in unterschreiben und sonsten/ so auff Reichs und andern Versamblungen gebräuchlichen/ unschädlichen sein/auch keinem an seinen habenden und erlangten Rechten nachtheilig/ vielweniger zu eines oder des andern Vortheil angezogen werden. Prudenter id factum, † cùm paucæ hactenus de jure ac præce- 87
dentiâ Sessionis controversiæ in Comitiis radicitùs fuerint sopitæ ac decisæ, ut notum faciunt *Recess. Imper. Ratisbon. anno 1532. vers. Item* als sich im anfange. *& anno 1541. vers.* Als sich auch etliche Fürsten. *Spirens. annò 1542. vers.* Als sich auch etliche. *Nurenbergens. annò 1542 vers.* Als sich auch etliche. *Spirens. annò 1544. vers.* Wiewol auch. *& Wormatiens. annò 1545. vers.* Wir wollen. Nimirum con-
certantes † plerumq; se fundant in nudâ Sessuræ possessione vel qvasi, 88
allegandô actus hinc inde exercitos, Andr. Knich. *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum Saxon. cap. 6. n. 122.* Qvâ decidendi ratione usus
qvoq; est † Ferdinandus I. Imp. in dirimendâ lite Ducis Florenti- 89
ni & Ferrariensis, nimirum ita observatum fuisse in aulâ Caroli V. ut Florentinis Oratoribus præcedentia præ Ferrariensibus concederetur, Modest. Pistor. *cons. 51.* Marzar. *cons. 26. n. 25.*

XXIIX.

Qvartum renovationis reqvisitum † juramenti præsta- 90
tionem desiderat: non enim sufficit, observantiam successionis reciprocæ seu pacti Confraternitatis stipulatâ manu à confœderatis promitti, sed etiam juramentô renovationem confirmari necesse est, ab
iis scilicet, † qvi id nondum præstiterunt, secundùm tenorem re- 91
novationis *circa fin. in verb.* Vnd daß diese vorgeschriebene und erneuerte Brüderschafft/ auff- und übergabe/ auch alle Stück/ Punct und *Articul* dieses Brieffs/von uns allen und allen unsern Erben/stet/ gantz und unverbrochen sollen gehalten werden/haben wir unser einer dem andern Hand in Hand/ in treuen gelobet und zu Gott geschwo-
ren/

ren/ geloben und schweren daß auch gegenwärtigsich in und mit
92 Krafft dieses Brieffes/ † und es sollen unser jeder Parthey männliche Lehens Erben/ Fürsten zu Sachsen und Hessen/ diese Erbverbrüderung/ wann deren einer oder mehr vierzehen Jahr alt/ auch geloben und schweren/ wie vor alters herkommen. Atq; hinc † in novis-
93 simô renovationis actu Naumburgi *Annô 1614.* celebratô, juramentum *1. April. ejusdem anni* ab undecim Principibus utriusq; familiæ corporaliter præstitum, percepimus. Nonne autem frustrà hoc fieri
94 dixeris, cùm † nuda Principum promissio longè sufficiens videatur, qvippe qvorum verba multorum instar testium esse debent, *cap. cum à nobis. extr. de test.* Joach. Mynsing. *5. observ. 34. n. 1.* & vulgò existimant, injurato potiùs Principi, qvàm aliis juratis fidem [illegible] bendam, prout ex Isocrate scribit Chassand. *de glor. mund. part.* [illegible]
95 *considerat. 4.* † Qvis enim à Principibus Sacramentum exiget? qvis fidem illorum accusabit? qvis eorum verba absq; notâ sacrilegii in dubium & suspicionem vocabit? *l. 2. C. de crim. sacrileg.* Nil magis siqvidem in Principe præfulgere debet, qvàm recta fides, [illegible] immobilis censetur, sicut polus in cælô & lapis angularis in terra, Bartald. *consil. 13. n. 20. & seqq.* † Sed neutiqvam (1.) hæc infringunt
96 propriam Principum conventionem, qvi suâ sponte ad promissionem juratam se offerunt: non ergò habent, qvod aliis [illegible] vel de ullâ suspicione conqverantur; ex solâ namq; eorum voluntate hoc evenit, ut pacta ipsorum successoria & Confraternitates juramento corporali confirmentur, † obq; majorem solennitatem illustren-
97 tur, Petr. Ritter. *de confrat. concl. 4. lit. a. apud* Arum. *vol. 1. jur. publ. discurs. 22.* (2.) Nec frustrà, postqvàm juramentum actui additum fortius illum firmat, † usq; adeò, ut subsistat de meliori modô, qvô
98 unqvam valere potest, *l. cum pater. 77. §. filius matrem. 23.* [illegible] *ff. de Legat. 2. cap. qvanto. extr. de jurejur.* Angel. [illegible] *in l. ult.* [illegible] *C. de non numer. pecun.* Vincent. Honded. [illegible] *n. 31.* Octav. Cacheran. *decis. 71. n. 7.* Anton. Hering [illegible]
99 *24. n. 108.* † omnem læsionem excludit, *l. 1.* [illegible] consensum specialem & expressum demonstrat, [illegible] *de jurejur.* Bald. *in l. 1. §. 4. C. mandat.* Paris. [illegible]
100 mum deliberatum, Alexand. *lib.* [illegible] † und deliberatissimum arguit, & ostendit, Socin. [illegible] *cons. 20. n. 33.* [illegible]
per-

Petr. Fab.. *in l. res judicata. n. 10. ff. de Reg. jur.* † pœnitentiam, si ullô 101
in casu de jure locũ habere poteſt, excludit, Gloſſ. *in l. ſi pecuniam. in pr. verb. neceſſe habeat. ff. de condict. cauſ. dat. cauſ. non ſecut.* & tandem animæ frenum injicit, Pariſ. *1. conſ. 69. n. 31.* utq; † cum Deô contra- 102
ctum cenſeatur, efficit, *cap. debitores. extr. de jurejur.* Natta, *conſ. 506. n. 14.* juxta illud Prophetæ: mihi jurabit omnis lingua, *Eſai. 45. verſ. 23. in fin.* (3.) Ex qvô uſu fere generali obtinuit, † ut ſolâ juramen- 103
ti interpoſitione fœdera ſuſtineantur, Remig. Feſch. *de fœder. concl. 15. lit. b.* ob metum ſcilicet vindictæ divinæ, qvæ ſeqvitur pejerantes: qvi ſolus Romanorum in cuſtodiendis fœderibus à tot ſcriptoribus celebrata religio eſt, Flor. *lib. 2. cap. 6.* Agell. *noct. attic. lib. 7. cap. 18.* Et hinc † in cauſis publicis ac Imperii gravisſimis, ſolenne juramen- 104
tum promisſioni etiam firmiter factæ præfertur, ut videre eſt in juramentô fidelitatis, qvod Principes Imperii in formâ præſtant, Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 2. fol. 108.*

XXIX.

Qvid autem † ſi Principes ad obſervantiam Confraternitatis 105
ſe obſtringerent, interpoſitâ fidei promisſione, bey Fürſtlichen Ehren/ wahren Worten/ Trew und gutem Glauben/ annon ita jurari ſufficeret? Non certè hujus promisſionis modica eſt vis & efficacia, † ſed ex communi Dd. opinione æqviparatur ea, qvoad 106
obligationem corporali juramento, *ad cap. ad aures 10. extr. qvod met. cauſ. cap. pervenit. extr. de fidejuſſ. cap. pervenit. de jurejur.* Jaſon *in §. ſi qvis. n. 52. & ſeqq. inſt. de action.* Matth. Coler. *de proceſſ. execut. part. 1. cap. 10. n. 246. & ſeqq.* Felin. *in cap. præterea. extr. de ſponſal. n. 15.* Erneſt. Cothman. *vol. 3. Reſponſ. 18. n. 123.* Schurff. *cent. 2. conſ. 37. n. 11. & 21.* Weſemb. *conſil. 23. n. 56.* propter fidei nempè exuberantiam, † qvæ in Principibus & illuſtribus perſonis lumine clariori præful- 107
get, *l. 8. C. de ſumm. Trinit.* Idq; in Camerâ practicari, promiſſaq; bey Fürſtlichen Ehren und Glauben/ † juramento æqviparari, ob- 108
ſervavit Andr. Gail *lib. 2. obſerv. 59. n. 3.* Joach. Mynſing. *cent. 1. obſerv. 17.* Schurff. *dict. conſil. 37.* qvod nec Statibus Imperii diſplicuit, † ut colligere eſt ex *Receſſ. de annô 1555. §.* Und da ein Chur- 109
fürſt/ Fürſt ꝛc. *ibi* daß die/ ſo Fürſtliches Standes oder Weſens/ bey Verſprechung und Zuſage Ihrer Fürſtlichen Würden und wahren Worten gelaſſen, tantamq; huic promisſioni efficaciam tribue-

110 re haut dubitavit † Philippus Auſtriacus, cum *Annô 1499.* per Cancellarium Galliæ inveſtiretur de Comitatu Carolinô Flandriæ & Arteſiæ, ut juramenti locô hæc ſaltèm verba poſuerit: *Par ma foy ainſi le promets & ainſi le ferai.* Camerar. *bor. ſuccisiv. cent. 2. cap. 15.*
111 Nonné enim † verba Regis ac Imp. pro juramentô ſunt? ut qvondam dixit Archiepiſcopus Colonienſis, apud Cranz. *lib. 6. cap. 26.*
112 qvâ opinione in tantum qvidam ſunt inebriati, † ut etiam renunciationibus filiarum Magnatum & Nobilium, bey Fürſtlichen oder Adelichen Ehren / juramenti vim attribuant, Sichard. *in l. ult. n. 15. verſ. qvartus caſus eſt. C. de edict. div. Hadrian. tollend.* Ritter. *de caſib. 4.*
113 † Sed fidem hiſce demus qvoad obligationem promittentis, qvæ ex religioſâ hâc aſſertione non parùm roboratur, adeò ut omnia illa, ad qvę qvis ex contractu juratô devinctus tenetur, ſint adimplenda, Hartm. Piſt. *part. 4. qvæſt. 6. n. 2.* Andr. Rauchb. *part. 2. qvæſt. 2. n. 70.* Ne-
114 qvaqvâ verò hinc ad † ſubſtantiam & ſoliditatem actûs inferre licet, qvi ſi corporale reqvirat juramentum, promisſio ſub fide Principis, bey Fürſtlichen Ehren / wahren Worten und Glauben / haut ſufficiet, nec pactum Confraternitatis renovatæ convalidabit, ut benè tradit Joh. Caſp. Guttich *de confrat. concl. 9. lit. a.* Remig. Feſch. *de fœder.*
115 *concl. 15. lit. b.* (1.) † Non facilè ſiqvidem qvisqvam dixerit, promisſionem ſub fide Principis verum ac corporale eſſe juramentum, qvippe ad qvod certa ſolennia ac verba reqviruntur, Weſemb. *in parat ff. de jurejur. n. 6.* Qvotiescunq; igitur † actus aliqvis juramen-
116 tô corporali eſt confirmãdus, ſolennia iſta omitti haut debent, qvia formalia non adimplentur per æqvipollentia, *l. 33. ubi. Dd. ff. de jurejur.* Weſemb. *dict. conſ. 23. n. 56.* Felin. *in cap. fraternitatis. n. 11. extr. de teſtib.* (2.) Ex qvô etiam aliis fœderibus ſolenne apponi juramen-
117 tum neceſſe eſt, † nec ſufficit interpoſitio fidei, bey Fürſtl. Gräfflichen Ehren / ꝛc. ad evitandas nempe cavillationes & propter obteſtationem numinis divini, ut ſi non amor virtutis & perfidiæ infamia, ſaltèm formido pœnæ & iræ divinæ adſtringat fœderatos, Wuremund. ab Erenberg *de fœder. lib 2. cap. 1. n. 122. & ſeqq.* Feſch. *all.*
118 *loc.* (3.) † Et qvidnam promisſio ſub dignitatis ſplendore cum fide Chriſtianâ commune habet? nec enim per eam nomen invocatur divinum, nec promittens Deo obligatur, qvod tamen pactum Confraternitatis præcisè reqvirit, *in verb.* Als haben wir unſer einer dem andern

andern Hand in Hand/ in treuen zu Gott gelobet und geschworẽ/ gelobẽ und schwerẽ auch diß gegenwärtiglich/ xc. Ita scilicet (4) † juraméto veró ac corporali, ad observantiã renovatæ Confraternitatis Principes obstringuntur ex propriâ eorũ conventione, qvæ etiam heredes obligat, *verb.* Vñ es sollẽ unser jeder Parthey mänliche Lehens-Erben/ Fürsten zu Sachsen und Hessen, diese Erbverbrüderung/ wañ derer einer oder mehr vierzehen Jahr alt/ auch geloben vnd schweren/ wie vor alters herkommen. † ut sic promissio sub fide Principis, licet eandem cum vero juramentó haberet efficaciam, ex placitó tamen paciscentium haut admittenda esset. 119 120

XXX.

Inter alia porrò jurisjurandi solennia, haut minimum est, ut † formula juramenti jurantibus prælegatur, & ab iis præstatio jurisjurandi acceptetur: qvæ functio omnium consensu competit jure directorii, Serenissimo Saxoniæ Electori, modò ipsemet anteà juraverit. Cæteroqvin † si in actu renovationis ab eó simul præstatio juramenti exigatur, vices hæ proximè seqventi jurato Principi deferuntur, qvô de ita habet pactum Confœderatorũ, † *sub dato* Naumburg/ *30. Martii 1614.* Vnd sol in der mit Sachsen und Hessen auffgerichteten Erbverbrüderung/ der Churfürst zu Sachsen/ da er geschworen/ im fall aber nicht/ der älteste Fürst dieser beeden Häußer/ so geschworen / die Gelübde vorlesen / und den Eyd von den andern annehmen. Idq; in novissimô renovationis actu tum temporis celebrató † à Duce Saxon. Johanne Casimiró Coburgensi, qvi ipsemet jam anteà in priori confraternitatis renovatæ convẽtu *annô 1587.* habitó juraverat, factũ ex protocollô didicimus. Qvoad jurantis qvoq; personam hoc notatu dignum, † qvòd non audiatur, si absens per Legatum ac mandatarium juramentum præstare velit, ex placitó Confœderatorum *in prædictô Recessu*: Die Regierenden aber so nicht geschworen / so wol auch die nicht Regierenden/ sollen durch Gevollmächtigte nicht zugelassen werden/ sondern den Eyd in der Person ablegen. Cur ita? cùm notissimi sit juris, † juramentum per procuratorem speciale mandatum habentem præstari, *l. nam & postea quam. 9. §. jusjurandum. 6. l. ult. §. sed etsi. ff. de jurejur.* præsertim ab illustribus personis: † qvibus ex sacris Romani Imperii constitu- 121 122 123 124 125 126 127

tioni-

tionibus indultum eſt, ut fractæ etiam aut violatæ pacis publicæ no-
mine ſuſpecti, ſui purgandi causâ jurent per Procuratores nobiles,
reliqvi verò per ſemetipſos, *conſtit. Imper. de pac. publ. anno 15 ... pro-
mulgata, cap.* Wie gegen denen/ die des Friedbruchs/ oder daß ſie den
128 Fried brechen/ ꝛc. *Ord. Camer. part. 2. cap. 10.* † In aulis porrò Princi-
pum & Electorum Saxoniæ, juramenta fidelitatis & homagii ab in-
ferioribus etiam per Procuratores in animas Principalium ex ſpecia-
li mandatò præſtita recipi & admitti, docet obſervantia, & atte-
129 ſtatur de hôc Rauchb. *part. 1. qvæſt. 8. n. 23.* † Nec abnuit jus Saxo-
nicum, in Landrecht *lib. 2. art. 42. in qvem* Gloſſ. *ſub verbo:* Ein ge-
born Dienſtman/ hisce commentatur verbis: Alhier wiſſe auch
dieſes/ daß/ wo die Fürſten Eyde thun ſollen/ dieſelbigen mögen ſie
130 ihre Mann vor ſich thun laſſen.† Sed generalia hæc ſunt, qvæ Prin-
cipes confœderatos non ita ligant, qvin ſolo placito aliud ſtatuere,
& ut propriâ in perſonâ jusjurandum præſtetur, convenire potuis-
131 ſent, qvod ab ipſis factũ, ſupra monuimus; proculdubio † non aliâ qvàm
ratione, qvò ſcilicet fortiùs obligarentur & magis ſoliciti eſſent de
ſalute animæ ipſimet jurantes in propriâ perſonâ, qvàm ſi per nunti-
132 um admitterentur, haut penſitantes, † nuncium qvidem eorum
nomine jurare, ſed non eorum nomine ob fidem fractam deſcendere
in gehennam, ut in ſimili dicit Auct. *Diſcursûs* von Juſtitien Weſ.
pag. 48. Vent. de Valent. *in parthen. litigioſ. lib. 2. cap. 7. n. 12.*

XXXI.

133 Accidit nihilominùs qvandoq;, † ut unus vel alter Confœderato-
torum juſtâ ex causâ abſens mittat nuncios, qvi nomine ſuô inter-
ſint actui renovationis, *ſupr. th. 25.* qvô ſanè caſu juramentum in per-
ſonâ propriâ neqvit præſtari: annum ergo tum ſaltèm mandatarius
ad jurandũ erit admittendus, vel præſtatio usq; in alium conventum
134 differenda? † neutrum placuit: ſed aliô necesſitati remediô ſub-
veniendum conſtituerunt Principes confœderati, nempè ut per lega-
tos, vel unum ex ipſis Principibus ad hôc deputatum, aliorum nomi-
ne juramentum extra conventum in perſonâ præſtitum acceperint,
135 † prout verba pacti habent: Würden aber einem groſſe Ehehafft und
unvermeidliche Noth vorſtoſſen/ er dieſelbe bey dem Erbvereinig- und
Erbverbrüderungs Tage anzeigen und gläublich beſcheinigen laſſe/

die andern anwesende Erbvereinigte und Erbverbrüderte Chur- und Fürsten auch solche vor erheblich erkennen/ so solle demselben ein Churfürst zu Sachsen durch Gesandte/ oder wem dieselbe unter den anwesenden Fürsten bittlichen darzu vermögen möchten/ die Gelübde verlesen/und von dem Anwesenden den Eyd/ der gebräuchliche *n ...* nach/ nehmen lassen. † Ideòq; cum Joachimus Ernestus Marggra- 136
vius Brandeburgensis adversâ valetudine detentus, in conventu Naumburgensi *anno 1614.* haut comparuisset, injunctum fuit à Serenissimô Saxoniæ Electore, fratri absentis Christiano Marggravio Brandeburgensi, ut præstationem juramenti ad renovationem confœderationis ab ipsô acceptaret, qvod & *30. Apr. ejusdem anni* Onolzbachii factum Marggravius Christianus per literas *sub datô* Ansch *8. Maii anni illius* Serenissimo Saxoni retulit. Ex qvô perspicuum est.
† tàm firmam de juramentô in propriâ personâ præstandô Principes 137
confœderatos sibi posuisse legem, ut ne qvidem ex causâ necessitatis ab hâc recedere voluerint, cùm tamen aliàs legi subjecta † necessi- 138
tas haut sit, *l. 1. ff. de offic. procons. l. 7. §. 3. ff. qvod vi aut clam.* Sed ipsa legem faciat, *can. remissionem 1. qvæst. 1.* Theod. Reink. *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 4. n. 84.*

XXXII.

Qvintum nunc subintrat reqvisitum: † subscriptio nempè 139
partium & subsignatio. Qvicqvid enim in renovatione Confraternitatis actum & contractum est, in scripturam redigi debet, non ex naturâ pacti & contractûs, sed ita ferente consvetudine, *arg. l. 44. ff. de acq. possess. l. 29. §. sed ne reliqva, C. de testam.* Remig. Fesch. *de fœder.* 140
concl. 15. lit. c. † ut occurratur perniciosæ & fallaci multorum interpretationi, ob qvam satiùs est, chartis, qvàm Druidarum more capita fœderum memoriæ mandare, ut de iis retulit Cæsar *de bell.* 141
gallic. lib. 5. qvem in finem etiam † fœdus inter Roman. & Carthag. tabulis æneis inscriptum, ab Ædilibus in Jovis Capitolini templô diligentissimè asservatum legitur, Polyb. *lib. 3.* Non tamen variare solent scripturæ seu instrumenta super renovatione Confraternitatis 142
confecta, † nisi forsan pro temporis ratione & Statûs qvalitate qvid adjectum vel immutatum fuerit. Id namq; moris obtinet in aulis, ut finaliter gesta anteà actis conveniant, formula consignationis pri-

or repetatur, & verba verbis reſpondeant, prout ex tenore renova-
143 tionis *de annô 1587. & 1614.* perſpicuum eſt. † Scripturæ porrò acce-
dit ſubſignatio & ſubſcriptio confœderatorum, ita tamen, ut ſoli
Principes actu regentes ſigilla apponant, omnes verò ſimul ſubſcri-
bant, ex conventione ſpeciali, qvâ de fidem facit protocollum con-
144 ventûs *de annô 1614.* Et qvidem † in ſubſcriptione, eadem præceden-
tiæ ac ordinis, qvæ in ſeſſione, habetur ratio, indigitante ſæpius al-
legato *Receſſu*, *hisce verbis:* Und wie es mit den *Seſsionen* vor gut an-
geſehen/ alſo ſollen auch die *ſubſcriptiones* erfolgen. *Et poſt a.* Sol-
che Gevollmächtigte auch ihre Stelle/ wie bey Reichs Tägen bräuch-
lich/ wann Fürſtliche regierende Perſonen verhanden/ nach derſel-
ben halten/ auch alſo *ſubſcribiren.* Ein Churfürſtlicher Gevollmäch-
tigter aber ſeines Herren Stelle *in ſeſsione* und *ſubſcriptione* vertreten.
145 † Alterutrum ſanè horum, ſivè ſigillum, ſivè ſubſcriptio ſufficere vi-
debatur: nam hæc ſola ad conſenſum præſtandum facta probat,
Paul. de Caſtro *vol. 1. conſil. 216. n. 1. & ſeq.* Alexand. *vol 2. conſil. 147.
n. 3. & ſeq.* Pariſ. *vol. 2. conſil. 19. n. 108.* Eſtq; teſte Budæo, ſubſcribere
idem, qvod ratum habere, confirmare literas, idemq; ſentire. Ut non
146 immeritò † de Germanorũ moribus qvàm rectiſsime ſcriptores cele-
brârint, nuda eorum promiſſa, verborumq; obligationes & ſcripta
pro ſigillorum confirmatione fuiſſe; ex qvô, inqvit Herman Kirchn.
147 † Caroli Magni & veterum aliorum Impp. literas videre eſt, raras,
nec niſi majoris momenti ſigillô eſſe corroboratas, ſed tantum certâ
notâ & charactere qvôdam, qvemadmodũ hodie Notariorum ſigna
eſſe ſolent, inſignitas, *in Morviller. lib. 4. cap. 2. n. 86.* Rurſus etiam
148 † ſigillum ſine ſubſcriptione fidem facit, Bald. *in l. diſtrahuntur. 2. n.
ult. C. de reb. alien. non alienand.* Joſeph. Maſcard. *de probat. concl.
1348. n. 18.* idemq; operatur qvod ſubſcriptio, † adeò ut ſigillans o-
149 mnia contenta in inſtrumentô vera fateri cenſeatur, Bald. *lib. 1. conſil.
175. n. 2.* Marſil. *in Rubr. C. de probat. n. 300.* ſcilicet, qvia ſigillum eſt
imago ſubſtantiæ hominis, habeatur pro perſonali præſentiâ, Leonh.
à Leg. *in addit. ad Paul. de Caſtro, lib. 1. conſil. 13. n. 2. lit. a.* Bald. *lib.
150 3. conſ. 354. n. 3.* † Hujus rei benè gnarus Imp. Henricus IV. literas
illas, qvas Guntherius vice Ariboris Archicapellani recognovit, da-
tasq; in Regiâ villâ Triburiâ *anno Christi 1023.* hisce claudit verbis: &
ut hæc conſtitutio ſtabilis inconvulsaq; permaneat, Sigilli noſtri im-
preſſi-

pressione chartam hanc insigniri jussimus, Freher. *de reb german.*
† Idemq; in aliis Principum literis & diplomatibus, qvæ duntaxat 151
sigillis, omissâ subscriptione nominis in præscriptione positi, confirmata prodierint, se observâsse notat Kirchner. *dict. lib. 4. cap. 3. n. 48.*
† ut sic iis qvæ Principes sigilli sui robore confirmassent, pondus sub- 152
scriptionis adjicere, vel ultra subscriptionem sigilla reqvirere, frustraneum foret, si non etiam iniqvum superfluâ comprobatione Principes onerare. † Utrumq; nihilominus Principes confœderati lu- 153
bentes in se susceperunt onus, rati, rem tanti ponderis unà cũ subscriptione etiã sigilla vel saltèm actu Regentium efflagitare, qvô duplici vinculô fortius contrahentes ligentur, † qvia utrumq; robur scriptu- 154
ræ addit, *l. 8. §. non videtur. ff. qvib. mod. pign. vel hypoth.* Matth. Wesemb. *in parat. ff. de fide instrum. n. 5.* Conrad. Brun. *de Legat. lib. 5. cap. 12.* Decian. *vol 2. consil. 39. n. 91.*

XXXIII.

Sextum deniq; & ultimum Reqvisitum † in consensu & con- 155
firmatione Imperatoris acqviescit. Hanc enim Confraternitati Saxonico-Hassiacæ accessisse, tenor renovationum nos certiores reddit verbis sat expressis, † *in pr.* Nach deme in vorzeiten unserer 156
Voreltern / Eltern und Vorfahren / alle seliger und löblicher Gedächtnüß / sich umb Nutzens und Friedens willen ihrer aller Land / Leute und Unterthanen mit ihren Landen und Fürstenthumben / durch Römische Keyserliche Bewilligung und *confirmation*, laut der Briefe darüber gegen einander außgangen / zusamen verbrüdert. † Et ipsa 157
confirmatio hujus pacti primæva, facta à Carolô IV. Imperatore *annò 1373.* cujus tenorem recitat Joh. Limn. *lib. 4 jur. publ. cap. 8. post n. 191. sub rubr.* Keyser *Carols* des Vierten *confirmation* und Lehnbrieff über die Erbverbrüderung der Häußer Sachsen und Hessen, *sub datô an S. Lucien* Tage / *annò 1373.* Non eqvidem latet nos disputatio Politicorum, † an pacta ejusmodi successoria speciali confirmatione Imperatoriâ præcisè indigeant? cujus negativam si qvis vellet tueri ad decisionem, fortassis non destitueretur rationibus: † prout videre 158
est ex traditis Petri Ritteri *in disp. de confratern. th. 3. lit. c apud* Arum. *tom. 1. jur. publ. disc. 22.* Attamen cùm Principes Domûs Saxonicæ & 159
Hassiacæ confœderati Serenissimi & illustrissimi, autoritatem & confirmationem Cæsareæ Majestatis desuper petierint, non est qvod

ab

ab ipsorum judició recedamus, nec frustrà id factum existimemus,
160 † in qvô haut nos derelinqvit communis opinio, ut videre est apud Mynsing. *consil. 10. n. 39. & seqq. & consil. 32. n. 21. & seqq.* Nicol. Eberhard. jun. *2. cons. 13. n. 2.* Choppin. *de doman. Franc. lib. 3. tit. 6. n. 59. & seqq.* Dauth. *in exposit. l. ult. C. de pact. n. 125.* Anton. Tessaur. *decis. 225. n. 21.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 127.* Dom. Arum. *in discurs. 6. ad Aur. Bull. concl. 6.* Bartol. Musc. *de success. anomal. membr. 1. class. 1. conclus. 3. lit. g. & disp. de confratern. th. 21.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 23. n. 44.* Remig. Fesch. *de fæder. concl. 24. lit. d.* Joh. Casp. Guttich. *de confrat. th. 6.* Theod. Reinking *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 4.*
161 *cap. 18. n. 4.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 2. dissert. ult. coroll. 3* † Cùm enim hisce in pactis non solùm de allodialibus, verùm etiam maximè de Imperii feudis, qvæ absq; Domini & Senioris consensu nulli subjacent provisioni Vasallorum, fiat dispositio, utiq; sine consensu Imperatoris pactum Confraternitatis nemo validum habebit; qvemadmodum
162 † & propterea necessarium dicit Gail, *dict. loc. n. 6.* ut causâ cognitâ perspicuum fiat, an pactum hoc Romano Imperio sit futurum nocumento, necne, Joh. Casp. Guttich. *citat. loc.* † Qvin & autoritas
163 Cæsarea plurima labefactat tela, qvibus contra pactionem hanc vulgo insurgunt, tollit nempe omnem sinistram suspicionem, mortisq; affectatæ votum, maximè si confirmationi salutaris illa inseratur clausula: *Ex certâ scientiâ & legitimâ causâ* qvæ qvoties à Principe aliqvid statuitur, semper præsumitur justa, omnemq; repellit suspicionem, Mynsing. *4. observat. 8. n. 3.* Schonb. *c. politic. 13.* ac tandem † confirmatio Imperatoria pactum Confra-
164 ternitatis à regulis juris communis excipit, easq; limitat, qvò minus ambiguum id reddere qveant, uti patescit ex votô paciscentium in formulâ Confraternitatis: Daß diese unsere Brüderschafft/ Zufall und Ubergebung/ wie vor geschrieben stehet/ bestetiget/ bewilliget/ und gevollwortet werde/ mit wissentlicher auffgebung aller Rechten so dawider seyn/ oder angezogen/ auch wie die in Rechten namhafftig oder deutlich genennet möchten werden/ ꝛc. apud Arum. *d. concl. 6.* Num verò † jure modernô adhuc Imperatori sit integrum
165 ejusmodi pacta de novô inita absq; consensu Electorum approbare & confirmare? apud omnes non expeditum; de qvô *infr. th. 47. & 48.*

XXXIV. Ita

Cæterùm † de ipsô Confraternitatis pactô hæc intellecta 166
volumus, in qvô subsistendum, nec ad renovationem ea extendere licet, nisi novi qvid adjiciatur, aliavè persona ac familia in Confraternitatem recipiatur; cujus intuitu cùm novum ineatur pactũ, consensus ac confirmatio superioris haut omittenda erit: alioqvin † ad 167
nudam pacti successorii renovationem Cæsarea confirmatio necessaria non est: (1.) siqvidem ea qvæ per se justa sunt, ac semel subsistunt, ulteriori haut indigent confirmatione, *l. 77. ff. de hered. instit.* Socin. *consil. 92. n. 17.* Nicol. Reusner. *lib. 1. consil. 3. n. 59. & seqq.* † 168
qvia superfluum est, † precibus impetrare, qvod jure competit communi, Sonsbec. *part. 9. feud. n. 103.* Henning. Arnis. *lib. 1. de jur. Majest. cap. 4.* Joh. Limn. *dict. cap. 8. n. 23.* (2.) Qvod † advertentes legati 169
Saxonici & Hassiaci, cum *anno 1588.* in aulâ Cæsarea confirmationem pacti successorii novi cum Domô Brandeburgicâ initi obtinere haud potuissent, de validitate Confraternitatis anterioris Saxonico-Hassiacæ † benè reposuerunt: Die Chur- und Fürsten zu Sachsen 170
und Hessen/ unsere gnädigste und gnädige Herrn haben uns/ dero abgeordneten auch gnädigst befohlen/ Ew. Keyserl. Majest. wegen ihrer Chur- und Fürstl. Gnaden darneben unterthänigst anzuzeigen/ daß sie es mitler weile nichts desto weniger bey dero zwischẽ beyden Häussern Sachsen und Hessen althergebrachter Erbverbrüderung in alle wege bewenden lassen/ und derselben hierdurch in keinerley weise etwas *derogiret* oder *præjudiciret* haben wollen. † Nec enim ulteriorem 171
antiqvioris Confraternitatis confirmationem petierant, nec necessarium hoc duxerant. (3.) Idq; eò minus, qvod singula qvæq; jura Electorum ac Principum, à qvóvis recens-electo Rege Romanorum ac Imperatore confirmentur, hôc ipso, † qvo jurat ac promittit in ca- 172
pitulatione, qvod ea non convellere ac imminuere, sed potiùs defendere ac tueri velit, Joh. Sleidan. *lib. 1 hist. pag. 25.* Henning. Göden *de elect. Reg. Roman. cap. 7.* Verba promissionis ita † habent: Auch 173
andere Fürstẽ/ Graffen/ Herrn und Stände bey ihrẽ Hoheiten/ Würden/ Rechten und Gerechtigkeiten/ ꝛc. bleiben lassen. Un ihnen dorzu ihre *regalia* und Obrigkeit/ Freyheiten/ *privilegia*, Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ so sie bißhero gehabt haben/ oder in übung gewesen seyn ꝛc. in guter beständiger Form/ ohne alle weigerung *confir-*

miren und bestetigen/ Sie auch darbey als erwehlter Römischer König handhaben / schützen und schirmen /etc. qvò de pluribus in *Comm. ad leg. Reg. cap. 3. sect. 11.* † Abundè hinc confirmationem pacti Confraternitatis renovari, fatebitur, qvisqvis denuò id confirmandum contendit.

174

CAP. III.

Jure nùm subsistat pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiaca?

XXXV.

1 HActenùs de reqvisitis in renovandô Confraternitatis pactû observandis: nonnè † autem frustranea hæcce omnia, cùm sub judice adhuc lis sit, an pactum ipsum jure subsistat? qvod si invalidum est, per renovationem, licèt millies repeteretur, nunqvam convalidabitur.
2 Qvæstio hæc nova non est, sed † partim in genere de pactis & conventionibus ejusmodi successoriis, partim de hâc ipsâ Confraternitate Saxonico Hassiacâ, jamdudum à præstantissimis & gravissimis JCtis atq; politicis, præsertim verò à Nicolaô Reusnerô *vol. 1. consil. 3.* Udalr. Zasiô *vol. 2. consil 1.* Socin. Jun. *vol. 1. consil. 41.* Deciô *consil. 13. vol. 1. & 615. vol. 4.* Andr. Gail *lib. 2. observat. 116. & 127.* Nicol. Boër. *de is. 355.* Dom. Arum. *in dissert. 6. ad A. B. concl. 6.* Joh. Limn. *lib. 4. jur. publ cap. 8. n. 126. & multis seqq.* Theod. Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 18.* Warem. ab Erenberg *de fœder. lib. 1. cap. 2. n. 36* Barth. Muscul. *in disp. de pact. succ. fam. illustr.* Remig. Fesch *de fœder. concl. 24. lit. b.* Andr. Knichen *de Sax non prov. jure. verb Electorum. cap. 2. n. 92. & seqq.* Jacob. Menoch. *consil 825. n. 14. & seqq.* Fichard. *2. consil. 45.* Hottom. *consil. 3. n. 34.* magnâ industriâ & conqvisitô labore tractata, ventilata, & affirmative decisa, ut verè actum agere censeri possit, qvi facem illis
3 addere ulteriorem adnitatur: † ne tamen institutum nostrum neglexisse videamur, summatim ea comprehendere haud inconsultum erit. Impugnari autem vulgò solet pactum nostrum Confraternitatis
4 eo eo, qvòd conventiones ejusmodi † de hereditate adhuc viventium, jure improbentur, & pro illegitimis ac illicitis habeantur,

siqv

sitq; improbus, qvi de hereditate adhuc viventis est sollicitus, *l. 2. §. interdum. ff. de vulgar. & pup. ill. subst. l. 15 & l. ult. C. de pact. l. 3. C. de collat. l. 61 ff. de V. O.* non solùm qvia alterius vitæ insidiandi occasionem præbent, *dict. l. ult. C. de pact.* sed † & liberam testandi 5
facultatem paciscentibus auferunt, *dict. l. 15. C. eod. tit.* cùm tamen supremæ voluntatis liber debeat esse stylus, liberumq; arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccles.* Johan. Gœdd. *de contr. stipul. cap. 6. concl. 7. n. 60.* Joh. Schneidwin. *ad §. item si qvis postulante. Inst. de act. n. 6.* Zas. *ad l. 61. ff. de V. O. n. 55.* Förster. *in tract. de pact. cap. 6.* † usq; adeò, ut 6
pacta ejusmodi ne qvidem juramentô confirmata sustineantur, Zas. *dict. loc. n. 48.* Joh. Sichard. *ad dict. l. 3. C. de collat.* Joh. Borch. *de pact. cap. 5. n. 61. & seqq.* Didac. Covarr. *in rubr. de testament. part. 2. n. 15.* Petr. Gregor. *lib. 4. syntag. jur. univers. cap. 5. n. 2.* Cumq; bona utriusq; familiæ potissimum in feudis Imperii Regalibus consistant, † vel horum solummodò intuitu pactum successorium suo destituetur 7
effectu, prohibitâ siqvidem feudorum alienatione & commerciô per constitutiones Lotharii & Friderici Impp. *tit. 52. & 55. F. 2.* † nulla defunctorum Vasallorum ordinatio de successione in feudis 8
subsistit. *tit. F. 1.* qvod ex solo Georgii Ducis Saxoniæ exemplô redditur illustrissimum. Hic enim sine liberis decedens, etsi fratrem Henricum, ejusdemq; filios Mauritium & Augustum testamentô heredes instituerat, hac lege & conditione, ne religionem mutarent, & si non parerent Cæsari Carolo V. & fratri Ferdinando omnem ditionem suam attribuerat, donec vel ille vel filii, vel ex familiâ Saxonicâ proximus Agnatus conditionem adimplevisset, † nil qvicqvam 9
tamen hâc dispositione effecit, nec propositum suum obtinuit: sed Henricus frater non attentâ defuncti testatoris ordinatione, rejectoq; testamentô, ab intestatô omni jure hereditatem adiit & feuda occupavit, qvampriimùm de morte fratris cognovisset, Thuan. *lib. 2. histor. pag. 67.* † Nec fortior fuit dispositio testamentaria Ge- 10
orgii Bavariæ Ducis, qvi licèt præter auri argentiq; vim omnem, & supellectilem planè regiam, genero suo Ruperto, Philippi Palatini Septemviri filio legaverat, obtinere tamen haut potuit legatum gener, qvantumvis soceri defuncti ditionem armis occupare adniteretur, renitente testatoris filiô Albertô Bavariæ Duce, propterea qvòd patri non jus fuisset feudum testamentô alienare, † ex qvo Bellum 11

Noricum sive Bavaricum originé duxit, ex Peucer. *in chron. pag.* [illegible]
& Crusiô *annal. part. 3. lib. 9. cap. 1.* Christoph. Besold. *diss.* [illegible]
12 *lib. 1. diss. 2. n. 13.* Nimirũ uti feudum non prætextu pecuniæ, [illegible] nec
pacti, conventionis aut dispositionis, sed amore & honore domini est
acqvirendum, *tit. 27. F. 1.* in tantum, ut ne qvidem ex confirmatione
13 Cæsaris ejusmodi † dispositio de feudis roboris qvid accipiat, a-
demptâ Imperatori potestate, sine consensu Septemvirorum feuda
Imperii alienandi & per investituram aliis conferendi, in Capitula-
14 tione Cæsar. † Qvâ inter alia & hoc præscriptum: Wann Lehen dem
Reich / und ihme bey zeit seiner Regierung eröffnet und ledig
heimfallen würden / so etwas merckliches ertrügen / die solle er ferner
niemand verleihen / auch niemanden einige *expectanz* oder anwartung
darauff geben, sondern zu unterhaltung des Reichs sein und seiner
Nachkommen / König und Keyser behalten / anziehen und *incorpori-
ren* biß so lange das Reich wieder zu Wesen und Auffnehmen [illegible]
15 Nullum † etenim remedium aliud ad labescentis Imperii [illegible] non-
nihil restaurandas æqvius & melius fuit visum, qvàm ut feuda Impe-
rio aperta eidem reserventur & incorporentur, Frid. Hortled *in not.
ad const. Max. I. Imp. de success. Ducatûs Würtembergici, tom. 1. lib. 3. de
caus. bell. germ. cap. 1.*

XXXVI.

Sunt hæc tela contra pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ
16 parata: † qvæ si metam, ad qvam diriguntur, attingerent, non modô
hoc, sed & alia qvamplurima â Principibus Imperii inita in fumum
abire necesse esset. Nec enim unicũ hoc, de qvô jam agimus, successio-
né inducit reciprocam; sed alia adhuc nobis suppetunt pacta succes-
17 soria. † Ita namq; Johannes Fridericus II. Johannes Wilhelmus &
Johannes Fridericus III. fratres, Duces Saxoniæ Vinarienses ex unâ
parte, & Wilhelmus, Georgius Ernestus & Poppo, pater & filii prin-
cipes Hennebergici ab alterâ parte, *anno 1554.* [illegible] *in* [illegible] con-
venerunt: ut his deficientibus, ad prædictos Duces Saxoniæ perveni-
ret Comitatus Hennebergicus: atq; hi econtra in districtu Cobur-
18 gensi succederent, Spangenberg *lib. 5. hist. Henneb. cap.* [illegible] † Cu-
jus pacti rationem tenor istius hisce exprimit verbis: Daß unsere
beyderseits Ortland und Herrschafft zu Francken / dieweil sie mehrentheils
an einem Ort zusammen grentzen und stossen / inmassen sie dann [illegible] vor
200. Jahren zusammen / und in eine Herrschafft gegen Henneberg ge-
hörig gewesen / wann sie durch eine neue und kräfftige Erbverbrüde-
rung

tung zusammen verleibet und vereiniget würden/ nicht die geringste Wolfahrt des Nachbarlichen Friedens halber widerfahren/ und insonderheit auch das jenige verhütet werden köndte/ damit nicht auff unsere eines Fürstlichen Hauses und Stammes tödtlichen und leidigen abgang ein frembder und unbenachbarter Stamm/ dem andern theil zur Unruhe/ Schaden und Nachtheil in derer örter einem einsitzen möchte/ auch durch denselben allerley verneuerungen/ wieder dieser Lande alt Herkommen/ Gebräuche und Gerechtigkeit alsdann erwecket werden köndte/ &c. eiq; posteà accesserunt † Elector Saxoniæ D. Augustus, & Philippus Hassiæ Landgravius, confirmante id 19
Carolò V. Imp. *annò 1555.* teste Molin. *in addit. ad Decian. cons. 510.* & Maximilianô II. Imp. *annô 1572. & 1573.* in personâ Johannis Wilhelmi Ducis Saxoniæ, Nicol. Reusner. *lib. 1. cons 3. n. 48.* idq; haud sine effectu fuit; † postqvàm familiâ Henneb. *annô 158.* penitus 20
extinctâ, vigore ejus, Comitatus ille cum omnibus pertinentiis ad Saxoniæ Duces pervenerit, paucis exceptis, qvæ jure clientelæ ad Hassiæ Principes translata fuêre, Dresser. *Isag. hist. millen. 6. p. 2. fol. 564.* Knichen *dict. cap. 2. n. 73.* Joh. Limn. *dict. cap. 8. n. 174.* Singulari qvoq; † Confraternitate respectu tàm Principatuum, qvàm di- 21
gnitatis Electoralis junctos volunt Palatinos Rheni cum Ducibus Bavariæ, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 2. pag. 20.* Marqvard. Freher. *in lit. responsor. ac Electoratu S. Rom. Imper. Comitatui Palatino Rheni antiqvitus annexò ad Chr st. Gewold.* Bartol. Musc. *de confr. th. 9.* Consimile pactum † ab Hassiæ Landgraviis & Comitibus Katzenelnbo- 22
genhibus initum, refert ex Molin. *cons 7.* Petr. Ritter. *de pact. success. th. 10. lit. a* sed male ad nostrum applicatur, † qvia non mutuam 23
continet successionem, sed tantummodò simultaneam qvandam investituram & successionem simplicem de unô eôdemq; feudô, demonstrante Limnæo *dict. cap. 8. n. 17.*

XXXVII.

Parile Confraternitatis exemplum vulgò referunt † de Mar- 24
chionibus Brandeburgensibus & Ducibus Pomeraniæ ab *anno 1323.* sed minus consideratè, si circumstantias hujus facti probè pensitaverimus. † Cum enim Ducatum Pomeranicum Ludovicus Imperator 25
qvondam filio suo Marchioni Brandeburgensi in feudum contulerat, propterea qvòd in discordi electione Imperatoris, Pomerani in-

 vestitu-

vestituram renovare neglexissent, resistente tamen Barnimô III.
26 conventum fuit, † ut extinctâ Lineâ Pomeranicâ, succederent Brandeburgici. Ottone III. dein Stetinensi sine liberis defunctô, qvandoqvidem reliqvi ex eâdem familiâ jus agnationis docere rite haud potuissent, Fridericus Friderici I. Elect. Brandeb. filius, à Friderico
27 III. Imp. feudû obtinuit. Sed denuò † refragantibus, qvi supererant Agnatis, rursus conventum, ut Brandeburgici insuper titulum gererent Pomeranicum. Quâ de re tamen subinde recruduerunt controversiæ, donec tandem *annô 1529.* negotium hoc ita fuit compositum, ut Marchiones præter jam indulta, in certissimam futuræ successionis tesseram, vexillum qvoq; prehendant, qvotiescunq; Pomeraniæ
28 Ducibus investituram renovari contigerit, † & sic Pomeranâ stirpe masculâ extinctâ, Marchiones Brandeburgenses succederent; qvam conventionem Carolus V. confirmavit, referente pluribus ex Chytr. *Chron. Saxon lib. 1. 5.12. & passim.* Andr. Knich. *de non prot. jur. verb.*
29 *Electorum. cap. 2 n. 66. & seqq.* Ex qvô perspicuum, † nullam inter prædictas familias intercessisse pactionem liberam de mutuâ successione, sed saltem transactionem inter easdem Ducatûs Pomeranici, ut bene monet Remig. Fesch. *de fœder. concl. 24. lit. c.* vel si mavis hanc transactionem instar pacti successorii subsistere mutuum †
30 non erit pactum, sed uno tantum ex latere contractum, scilicet, ut Brandeburgensis succedat familiæ Pomeranæ, non vice versâ. Limn. *add. cap. 8. n. 171.* Qvò & familiâ Pomeranicâ extinctâ res hodie devenit.
31 Convenientius autem † & ab utrâq; parte successorium fuit pactum inter Joachimum Electorem & Marchionem Brandeburgensem, atq; Fridericum Seniorem, Fridericum juniorem, nec non Ge-
32 orgium Duces Lignicenses atq; Brigenses contractum, † qvod tamen posteà à Ferdinandô Rege Bohemiæ cassatum, discere licet ex Beylagiis Goldasti *in Bohem. lib. III.* Keyser *Ferdinandi citation* an die Hertzogen zu Liegnitz und Brieg *de ult. Martii anno 1546 p.* . . . & *III.* Hertzog Friedrichs von der Liegnitz *revers* wegen der Erbverbrüderung *sub datô 1. Martii annô 1546. p. 272.*

XXXVIII.

33 Notabile porrò † est pactum successorium reciprocum inter Reges Bohemiæ & Archiduces Austriæ non semel *renovatum*, ut nempè alterorum stirpe extinctâ, ad alterâ familiam Regnum Bohe-

miæ

niæ aut Archiducatus Austriæ jure plenô & integrô totaliter devolvatur, † cujus jure Bohemiam Austriæ accrevisse, statuunt Renatus 34
Choppinus *lib. 3. de doman. Francic. tit. 1. n. 8.* Warem. ab Erenberg *in medit. de fœder. part. 1. cap. 2. n. 36.* Ludov. Person *in orat. de Wittebergâ.* Henning. Arnis. *lib. 2. de Republ. cap. 2. sect. 12. n. 31.* Joh. Paul. Windeck. *in comm. de Princip. Elect. orig. cap. 15.* Georg. Schönborn. *lib. 2. polit. cap. 13. n. 4. & 6.* † Idq; ab utriusq; Principatûs Ordinibus 35
comprobatum, atq; ab Imperatoribus, directis feudorum & supremis dominis, de consilii Procerum Imperii sententiâ confirmatum, demonstrat pluribus Melch. Goldast. *in Bohem. lib. 6. cap. 18.* † Etsi 36
verò pactum hoc successionis Austriacæ *annô 1324.* pactô diversô inter Johannem Bohemiæ Regem & Leopoldum atq; Henricum Austriæ Duces fuerit sublatum, ut videre est apud Johan. Abbatem *in Chron. part. 2. cap. 12. annô 1323.* rursus tamen posteà *annô 1366.* à Carolô IV. Imp. tanqvam Bohemiæ Rege, cum eisdem Albertô & Leopoldô Austriæ Ducibus renovatum, ac fœdere sempiternô confirmatum fuit, † de qvô certiores nos reddit juramentum Caroli Regium, 37
in qvô inter alia hæc leguntur verba: Ob das geschehe/ daß wir Keyser Carl von Rom und König zu Böheimb/ König Wentzla von Böheimb/ und Marggraff Johan von Mähren/ und unser aller eheliche Kind/ Söhne und Töchter/ die wir nu haben oder hernach gewinnen/ abgiengen und verfielen ohne eheliche LeibesErben: und auch/ ob dieselben unsere Kind LeibesErben gewinnen/ die auch fürbaß ohne LeibesErben verführen/ und unsere Land also rechter LeibesErben/ die von uns/ unsern Kindern und KindesKindern kommen möchten/ erbloß würdē/ daß dann alle die Vorgenandtē/ und andre unsere erblich Land und Fürstenthümb/ Königreiche/ Hertzogthumb/ Marggraffschafften/ ꝛc. auff die vorgenandten Hertzogen von Oesterreich/ und auff ihr beder LeibesErben/ Söhne und Töchter/ die ihnen Gott noch geben mag/ und auff derselben Kind und KindesKind nach dem rechten Stammen kommen und fallen sollen/ *& vice versa &c.* apud Goldast. *dict. loc.* ubi porrò refert ac probat, † Regnum qvoq; Ungariæ & Poloniæ in pactum hoc reciprocæ successionis venisse, de 38
qvô etiam fidem facit David Chytr. *in Chron. Saxon. lib. 2. fol. 315.* Andr. Knich. *de Sax. non prov. jur. verb. Electorum cap. 2. n. 73. & 76.* Warem. ab Erenberg *de fœder. cap. 2. n. 35.* † ejusq; vigore Caro- 39
lum

lum V. Imp. Regem Hispaniarum, Archiducem Austriæ sibi titulum
Regis Hungariæ ac Bohemiæ assumsisse, meminit Goldast. *loc. citat.*
& firmant hoc *Recessus Imperii*, in qvibus se Regem Hungariæ, Dal-
matiæ, Croatiæ præscripsit, qvanqvam neutrum illorum Regnorum
40 unqvam adeptus fuerit. † Ad qvod pactum etiam provocavit postea
Ferdinandus I. cùm defunctô Ludovicô peteret à Bohemis in Regem
assumi, de qvô hiscè verbis Joh. Sleidanus: *Ferdinandus Rex*, inqvit,
41 † *nitebatur transactione, qvam Cæsar Maximilianus annô 1491. cum*
Ungaris & Ladislao Rege fecerat, qvâ cautum legitur, qvod si Ladislaus
absq; sobole masculâ decederet, ut tum Maximilianus & ipsius heredes re-
ctâ linea descendentes, Regnum illud obtinerent. Cùm ergo Ladislai filius
Ludovicus esset extinctus non relictis liberis, Ferdinandus, qui & Maximi-
liani esset à filiô nepos, & Austriæ Princeps, & præterea Ludovici sororem
haberet in matrimonio, jure sibi Regnum illud deberi, confirmabat. Sleid.
lib. 6. annô 1528. Vid. Ludov. Person. *in orat. de Wittebergâ.* Fridericus
Hortleder. *de bell. german. vol. 2. lib. 3. cap. 83.*

XXXIX.

Nùm ergò hæc & similia pacta successoria ex prædictis *th. 35.* irrita
42 ac nulla erunt? Nimis † impudenter id dixerit, qvisqvis dixerit. Non
etenim tàm audacter & temerariè Regum & Principum pacta pru-
denti consiliô & deliberatione inita arrodere, vel qvicqvam frivoli
& illicitè ab iis gestum fuisse, asserere licet. Obstantibus præsertim
43 † firmissimis argumentis, qvibus non modo nostrum Saxonico-Has-
siacum, sed & reliqva Confraternitatis fœdera sustinentur. Qvorum
Primum ponimus in autoritate legis: præterqvam enim, qvòd pacta
44 hæc † consvetudine fulciantur immemoriali, prout exempla modò
adducta testatum faciunt, Andr. Gail *lib. 2. observat. 137. n. 1.* Dom.
Arum. *ad A. B. discurs. 6. concl. 6.* qvæ consvetudo vim legis habet,
§. sine scripto. Inst. de Jur. natur. gent. & civil. l. 1. C. quæ sit longa consuet.
cap. 1. ubi Dd. extr. de major. & obedient. Anton. Tessaur. [illegible]
45 *n. 12.* † ipsamet qvoq; jure & autoritate legis sustinentur. Udalr. Zas.
d. consil. [illegible] n. 22. Bartol. Musc. *de success. convent. concl. [illegible]* [illegible]
[illegible] *l. ult. C. de pact. n. 130.* qvemadmodum de Principis curru
46 [illegible] soles, † vim legis ipsum habere, & ad ejus [illegible]
[illegible] *C. de donat. int. vir. & ux. l. ult. in fin. C. de* [illegible]
Lopez. [illegible] *animadvers. 35.* Joh. Sichard. *ad auth. ex testamento, n.* [illegible]

collat, Theod. Reinking *de regim. secul. & eccles. lib. 1. class. 1. cap. 5. n. 51.* Gail *dict. observat. 127. n. 8.* qvod licet de summô Principe, h. e. Imperatore, dictum sit, † rectè tamen ad Electores & Principes Imperii 47
alios extenditur, qvia in territoriis suis & isti jurisdictionem omnimodam, supremam & perpetuam habent, cujus seqvela est legum condendarum potestas, Gail *dict. loc. n. 8.* Reusner. *dict. consil. 3. n. 62.*
† utuntur plenitudine potestatis, Ludolph. Rodolph. *in tract. de suprem. seu absol. Princ. potest. cap. 2. n. 3. & 10.* non obligantur legibus in 48
provinciis & ditionibus suis, Pacian. *consil. 60. n. 14.* tollere † possunt 49
jura communia inconsultô Imperatore, Ant. Sola *ad procem. const. Duc. Sabaud. & Princ. Pedemont. gloss. 3. n. 16.* Petr. Anton. de Petra, *de jur. quaes. per Princip. non tollend. cap. 6. p. 2. n. 74.* † Imperatorem in 50
territoriis suis repræsentant, Warem. ab Erenb. *de subsid. Regni, cap. 15. n. 5.* Ludolph. Schrad. *de Feud. part. 9. part. princip. sect. 10. n. 36.* Bornit. *de majest. cap. 14.* Conrad. Rittershus. *1. part. Feud. 5. quaest. 15.* Frideric. Prückman. *in § soluta potestas cap. 4. membr. 3. effect. 10. n. 22.* † Rega- 51
lia qvoq; & jura majestatis habent, Peregr. *de jur. fisc. lib. 1. tit. 2. n. 57. & 76.* Schrader. *in §. praetorum. n. 4. Inst. de jure natur. gent. & civil.*
† Qvin & de Imperatoris potestate participant, imo; consortium e- 52
jus sunt recepti, Bernhard. Zieritz *in tract. de princip. praerogat.* ex qvô verissimè scripsit Erasmus Roterodamus Cardinali Compegio: magnam qvidem esse Caroli V. potentiam, sed hoc nomen ab omnibus non agnosci: † Germanos verò qvi agnoscerent, illud sic agnoscere, 53
ut imperent verius, qvàm pareant, Joh. Sleidan. *lib. 7. histor.* Wolff. *in lect. rer. memorab. centur. 16. pag. 330.* Estq; hoc ipsum, qvod idem Sleidan. *in Orat. ad Proceres Imperii, pag. 80.* consignavit: † qvot in 54
Germaniâ sunt Principes ac Civitates, totidem videntur esse Reges & capita. Nimirum qvia & ipsi participes sunt facti Majestatis.

XL.

Secundum nobis suppeditant fundamentum † jura fœderum & 55
conventionum publicarum, in qvæ & facta Confraternitatis inciduur, scilicet qvia non tàm in vim ultimæ volųntatis, qvàm fœderis & publicæ conventionis valent, benè monente Nicol. Reusnerô *lib. 1. exempl. 5. n. 29. & 69.* Warem. ab Erenberg *de foeder. lib. 1. cap. 4. n. 10.* Daniel. Mutecl. *de confrat. lib. 1.* ut † hinc tutò argumentari liceat à 56
fœdere ad Confraternitatem, eiq; cui jus fœderum competit, per

 confe-

consequentiam necessariam Confraternitatem quoq; pacisci fas sit. *arg. l. 113. ff. de Reg. jur. cap. in toto. extr de reg. jur. in sexto.* Qui vero
57 nescit, † Principes Germaniæ juris fœderum publicæ tranqvillitatis conservandæ gratiâ pangendorũ compotes esse factos, ex sanctione Carolinâ *in A. B. tit. 15. vers.* Doch außgenommen die Verbündnüs und Eigen/ so die Fürsten und Städte ꝛc. *junct. vers.* daß dieselbe in ihren Kräfften verbleiben sollen/ ꝛc. nec non *Ordinat. Wormatiens.* von Handhabung des Friedens *de annô 1495. sub tit.* die Königliche Majestät sol keinen Krieg anfahen/ *vers.* auch sollen wir ꝛc. Johan.
58 Limn. *lib. 4. jur. publ. cap 8. n. 16.* ac nimis † latè hoc extendit idem Carolus IV. in obligatione *an. 1349.* Civitati Fridbergensi datâ *in verb.* Auch mögen die vorgenandte unsere Bürger sich verbinden und stricken zu den Herren und zu den Städten/ und zu wem ihnen das nützlich und gut ist. Gerlac. Buxdorff. *ad A. B. dict. tit. 15. ubi & Anim. disc. 6* Warem. ab Erenberg *lib. 2. de fœder. cap. 2. n. 13.* Christoph.
59 Besold. *lib 2. polit. cap. 6.* Nisi qvis † nobis objiciat Reformationem Friderici III. Imp. *de anno 1441.* in qvâ fœdera Principum [illegible] verbis legimus prohibita & abrogata *in artic. 12.* Auch sol im gantzen Römischen Reich nun fürbaß hin kein Bündnuß/ Vereinigung/ Verstand/ oder einige Verschreibung auffgerichtet werden/ auch die
60 Alten alle abgehen/ ꝛc. idq; ad † gustum Auct. *Consilii,* Ob es heilsam und nützlich sey/ im heiligen Römischen Reich *Uniones* oder Bündnüsse anzurichten/ *ita differentis* Aller Regimenter eusserstes Verderben und Untergang ist/ wann die Stände und Unterthanen je mehr in Uneinigkeit und Mißtrawen gerathen/ daß sie sich trennen/ und
61 gegen einander in Verbündnüß oder Vereinigung begeben. † Hæc ne remoram injiciant, præcavendum: facili qvod fieri potest [illegible] tio; Si (1.) sanctionem Friderici iis accenseamus, qvæ nec à Statibus approbata, neq; in Imperiô unqvam recepta fuere, Limn. *dict. loc.*
62 *n 18.* † qvarum & similes sine effectu promulgatæ reperiuntur, qualis & illa fuit: De non tolerandis Doctoribus Juris in Dicasteriis & Aulis Principum, *dict. reform. art. 5. ejusq; declarat. junctâ,* apud Melch. Goldast. *tom 1.* der Reichs Satzungen/ *pag. 167. & 171.* (2.) Et qu[illegible]
63 ctio † Friderici prior *Ordinat. Wormat. prædict. à de anno 1495.* qvâ si qvid duri contra Principum fœdera à Fridericô statutum, totius à Maximilianô I. abrogatum esset. (3.) Vel tandem ad fœdera illicita

[illegible]

mentem Friderici restringere fas erit, † ex verbis: *Ordin. Wormat.* 64
kein Verbündnüß oder Einigung machen / die dem Reich zu Schaden / Nachtheil oder zuwider seyn möchten / licita autem fœdera in Imperiô jure probantur, † qvæ scilicet ad conservationem tranqvil- 65
litatis & pacis publicæ spectant; cæteroqvin si omnia indifferenter relegata vellemus, metuendum, ne iniqva verteretur manus in plurima ab Electoribus & Principibus Imperii fœdera, omnium votô jure contracta, qvorum catalogum hîc ponere, institutô arcemur, Vid. Spangenb. *in Chron. Saxon. de annô 1212.* Lehman. *lib. 7. Chron. Spirens. cap. 69. fol. 845. col. 2.* Henr. Rebdorff. *in annali ann. 1344.* Matth. Marescalcus de Pappenheimb *in histor. Austral. par. 2. annô 1298.*

XLI.

Ad utilitatem porrò Imperii publicam, dum fœdera Confraternitatum anhelant, † *Tertium* præstò nobis est fundamentum sub- 66
sistentiæ æqvè firmum. Nec enim à qvôqvam hisce fœderibus finem istum detractum iri credimus, si vel protectionem confratrum ex iis redundantem intueamur; vel jura pensitemus subditorum, † qvo- 67
rum interest, ne alienis & ignotis dominis subjiciantur, *l. invitum. ff. de fideic. libert. l. Titius cum decederet. 43. ff. de act. emt.* Vasq. *illustr. quæst. lib. 1. cap. 5. n. 5* Gail *dict. observ. 127. n. 2.* † vel pacem & tranqvillitatẽ 68
Imperii, qvæ ex incertitudine successoris, familiâ alterutrâ extinctâ, non parum labefactatur, perpendamus, Remig. Fesch. *de fœder. concl. 24. lit. g.* † aut tandem ad conservationem illustrium & senescenti- 69
um familiarum oculos vertamus, Bets. *de pact. famil. illustr. p. 121.* Ant. Coler. *de jur. Imper. german. concl. 70.* qvarum splendorem & dignitatem salvam manere Reipubl. interest, *l. 1. §. sed et si servus. ff. de. ventr. insp.* Valent. Först *de success. ab intest. lib. 3. cap. 4. n. 20.* Et si omninò causas hasce arrodere qvis præsumat, † ablegatum eum velimus ad 70
testimonium Caroli IV. qvi pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ confirmans, hancce facti sui rationem reddit: Und sonderlich / daß dasselbe heilige Römische Reich mit besserungen und Einmütigkeit seiner Fürsten seeliglichen gemehret und gestärcket werde. Eandemq; causam † ipsa Confraternitatis formula exprimit: Nach- 71
dem vor zeiten unsere vor Eltern / rc. umb Nutzens und Friedens willen ihrer aller Lande / Leute und Unterthanen / rc. Qvod si ita est, qvis jam iniqvus rerum censor erit, ut inter illicita Confraternita-

tis pacta referret: qvorum finis siqvidem bonus est, ea ipsa qvoq; bona fateri necessum habemus, Joh. Caspar. Guttich, *de confrat. concl.*
72 *4. lit. e.* cujusmodi qvæ sunt, pro benefactis habentur, † etsi contra jus facta fuerint, Gloss. *in can. hæc qvippe. caus. 3. quæst. 1. & can. qvidenim. caus 23. q. 5.* Bald. *in. tit. de pace constant. §. hoc aut qvoq;. in fin.* Zas. *vol. 2. cons. 1. n. 29.* Fesch. *dict. concl. 14. lit.*
73 *g.* † tantus scil. publicæ utilitatis favor est, ut ea qvæ publicè utilia sunt, non includantur his, qvæ lege prohibentur, Bartol. *in l. qvemadmodum. C. de agric. & cens.* Zas. *dict. loc. n. 23.*

XLII.

74 *Qvartum* suggerit fundamentum favor militaris, † ex qvo multa militum promanârunt privilegia, in qvibus recensendis Anastius Enenckelius & Claudius Contaræus suâ nobis probârunt operam. Inter alia verò egregium est illud, qvod licet inter privatos scriptum, qvô comprehenditur, ut is, qvi supervixerit, alterius rebus potiatur, ne donationis qvidem mortis causâ gestæ efficaciter speci-
75 em ostendat: † voluntas tamen militum, qvæ super ultimo vitæ spiritu, deq; familiaris rei decretô, qvoqvô modô contemplatione mortis in scripturam deducitur, vim postremi judicii obtinet, *l. 19. C. de. pact.* ubi Bartol. Donell. Gothofr. & Dd *comm* Henr. Bocer. *de bello. lib. 1. cap. 27. n. 7.* idq; ipsum etiam pacta Principum successoria Confraternitatis sustinet, iisq; robur tribuit firmissimum: †
76 qvia Principes cum feudis & dignitatibus ab Imperatore investiti, jure utuntur militari, qvippe qvi milites & pro salute Imperii excubias agere, semperq; Imperatori militare dicuntur, Andr. Gail. *lib. 2. observ. 117. n. 9* Jac. Menoch, *consil. 351. n. 9.* Reusner. *dict. consil. 3. n. 42.* Zas. *dict. cons. 1. n. 34.* Hottom. *cons. 72. n. 41. & seq.* Joh. Casp. Guttich.
77 *dict. concl. 4. lit. e.* † Altô qvidem superciliô floccipendit hoc fundamentum Nicol. Bets *de pact. famil. illustr. cap. 1. pag. 118. & seq.* ind non absq; sugillatione ipsorum Principum Confratrum, qvorum in
78 pactis expressa hæc legimus verba: † Thun auch vermitels dieser und übergebung gegen einander gegenwärtig in und mit Krafft dieses Brieffes in der allerbeständigsten Form, Weise, und Masse, als solches

jezt

jure publicó militari, und sonsten zu recht geschehen kan und mag 2c.
Vereor tamen, † ne si qvis exactiùs in jura militaris testamenti in- 79
qvirat, scrupulus nobis injiciatur ex intellectu & restrictione privi-
legii, qvod circa testamenti factionem, iis solummodò militibus in-
dultum est, qvi Rempublicam in bellicâ expeditione armis tuentur,
*§. sed hactenus. 3. ibi : quatenus militant, & in castris degunt Inst. de milit.
testam. l. 17. ibi. His solis, qvi in expeditionibus occupati sunt. C. de test.
l. ult. C. de test. milit.* † non iis qvi domi vel aliis in locis extra terri- 80
toria seu castra commorantur, Matth. Wesemb. *in §. illis autem tem-
poribus. verb : degunt. n. 5. Inst. de milit. testam.* Bocer. *dict. lib. 1. de
bellô & duellô. cap. 18. n. 5. & seqq.* Christoph. Besold. *part. 1. consil.
6. n. 129* Matth. Coler. *part. 2. decis. 243. n. 5.* † Qvod & verbis claris- 81
simis expressum *in Recess. Imper. Coloniens. de annô 1512. tit.* von *Te-
stamenten.* §. und sollen die *Notarien. vers.* aber die jenigen Ritter/ so
nicht in solcher Ubung und Streit/ noch auch zu Felde liegen / sollen
ihr *Testament* nach gemeynen Rechten machen. † Male ergò, inqvies, 82
hoc accommodabitur ad Principes, qvi in matriculam Imperii, h. e.
in numerum Vasallorum recepti, milites eqvidem sunt, sed non a-
ctu militantes, nec in expeditione vel castris degentes. Anxius est
Joh. Limn. in diluendo hôc scrupulô, † *lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 140. &* 83
seqq. & tandem *n. 145.* concludit, Confratres illustres, licèt in expe-
ditione hodiè non sint, cum tamen in numeris remanserint, & ad
expeditionem promti sint atq; obligati, milites esse, & proinde, qvæ
benemeritis atq; futuris periculis posita sunt privilegia, obtinere &
ipsos. Sed absit, † jure testamenti militaris pacta Principum sustine- 84
ri, qvod si esset, nunqvam non Confratres in periculo revocationis
existerent, cùm testamentum pro lubitu semper à testatore immuta-
ri qveat : firmiora autem sunt pacta Confraternitatis, invitâ alterâ
parte revocationi haud subjecta, ut demonstrabimus *infrà cap. 6* Dif-
ferunt † nimirum ab invicem, subsistere pacta successoria jure milita- 85
ri : & jure militaris testamenti. Hoc negamus ; illud verò affirmamus
ex ipsissimis Confraternitatis nostræ verbis : Als solches *jure publicó
militari*, und sonst zu recht geschehen kan und mag. † Ne verbulô enim 86
fit mentio testamenti militaris ; ut proinde nec scrupulum inde nobis
moveri patiamur. Subsistentes in eô, qvód pacta Principum suc-
H 3 cesso-

87 cessoria † in vim contractûs atq; legis publicæ, non verò in vim ultimæ voluntatis sustineantur, prout de pactô Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ in terminis consuluerunt Dec. *cons. 655. n. 11.* & Udalr. Zas. *2. cons. 1. n. 30. & seqq.* de qvô *infrà* pleniùs.

XLIII.

Quintum & ultimum fundamentum recumbit in Confirmatione & autoritate Imperatoris: † qvæ cùm pactis Confraternitatis
88 accesserit, non est, qvod de eorum robore ac validitate ulterius ambigamus, *arg. l. 5. C. de legation. lib. 10. l. 1. & 2. C. ut dignit. ordin.* Andr. Tessaur. *decis. 225. n. 12.* Everh. Jun. *vol. 2. consil. 11. n. 29.* Andr. Gail *dict. observat. 127. n. 5.* Bartol. Muscul. *de confrat. th. 21.* Quod si
89 verò dubii qvid adhuc resideat, facilè id removebitur ex † clausulis, qvæ vulgò confirmationi pactorum successoriorum ex plenitudine potestatis inseruntur: ut nempè valeant omni meliori modô, cum inhibitione, derogatione & cassatione omnium jurium in contrarium ullô modô tendentium, omnium etiam defectuum supplementum; adjectâ qvoq; in transgressores pœnâ, † prout apparet ex confirmatio-
90 ne Confraternitatis Saxonico Hassiacæ Caroli. IV. Imperatoris, *anno 1373.* qvæ hæc nobis verba exhibet: Und daß solche Miterbschafft / Gemeinschafft / Sammungen / ewige Brüderschaffe und Leihungen ewiglichen / stet / fest und unzerbrochen bleiben / in aller massen / als davor begriffen ist. So setzen / erkennen und leutern wir mit gutem bedacht / rechten Wissen / Keyserlichen Gesetze / daß ewig taugen soll / und auch von Keyserlicher Macht und Vollkommenheit / daß alle und jegliche unserer Vorfahren an dem Römischen Reich / Keyser und Königen beschriebene und unbeschriebene Rechte / Gesetze / Behaltungen / übungen / Gewonheiten der Lande / rc. so dieser Brüderschafft einigerley Hinderung / Irrsal oder Schaden bringen möchten / alsfern sie solche obgeschriebene Sachen und Stücke irgend-
91 lichen anrühren mögen / † untüglichen / unkräfftig und unmächtig seyn und bleiben sollen / und beyden ehegenandten Parteyen / ihren obgenandten Erben und Erbnehmen ewiglichen keinen Schaden bringen sollen oder mögen / in keinerley weise rc. Wäre auch / daß einig Gebrechen wäre / oder erkant und erfunden würde / in allen und jeglichen diesen obgeschriebenen Stücken und Sachen / welcherley

eit

die seyn möchten/und ob gewöhnliche Schönheit und Zierde an nohtdürfftigen Worten / Meynungen oder Sinnen unterwegen gelassen wären/ oder ob in dieser obgeschriebener Sachen/ rechtfertige Ordnungen des Rechten nicht vollkömlichen gehalten wären/ † alle sol- 92
che und auch andere Gebrechen/ wie man die benennen mag/ erfüllen wir von Keyserlicher Macht/ Vollkommenheit und von rechten Wissen, mit Krafft dieses unsers Keyserlichen Briefes/ Hierumb sol kein Mensche gethun wider diese gegenwärtige Keyserliche unsere Handvesten nicht thun / oder sich darwider setzen/ in keine weise/ und wer der wäre/ der darwider ichtwas freventlichen thäte/ der sol/ als offt das geschicht/ † tausend Marck löthiges Goldes/ halb unser/ oder 93
unsern Nachkommen an dem Reiche/ und halb denen/ wider die das gethan würde/ unwiderrufflichen verfallen seyn/ und sollen doch alle obgeschriebene Sachen und Stücke in aller dermossen/ als die darvor begriffen seyn/ in gantzen und ewigen Kräfften bleiben.

XLIV.

Principaliora hæc sunt fulcra, sat firma, qvibus pacta successoria fortiter innituntur; † plura eqvidem pro stabilimentô eorundem 94
hinc inde à Doctoribus adducuntur: sed omnia ac singula hîc recensere nimis foret prolixum. Iisq; sic positis, tela licet qvis contra hæc pacta dirigat, parùm tamen offendere poterunt, si clypeô ex jam commemoratis firmamentis petitô repellantur: feliciter & nullô negotiô id fieri posse, constrictim demonstrari sufficiat. Qvòd enim † 95
Primò de nullitate pactorum super viventis hereditate ex jure civili profertur, id suo relinqvimus vigori: malè verò ad pacta Principum & illustrium personarum ea accommodari, ex primô elucescit fulcrô, qvô diximus, non tàm vi obligationis & pacti, qvàm jure legis publicæ Confraternitatum fœdera sustineri, qvippe qvod Principes contrahendo legem constituant, juri communi derogent, & vigore potestatis ac jurisdictionis omnimodæ sibi competentis, publicam ponant sanctionem, ex legibus privatorum haut immutandam, *arg. l. jus publicum. ff. de pact. Zas. dict. cons. 1. n. 20.* † Cumq; *tertium* posue- 96
rimus firmamentum in conservatione & tranqvillitate Imperii, ad qvam pacta Principum successoria tendunt, nemo non hinc ipsorum favorem animadvertere potest, qvem brevibus ac ponderosis verbis ita describit Nicol. Reusner. *dict. cons. 3. n. 30.* † Suntq; pacta 97
Con-

Confraternitatis ob multas' causas favorabilia, partim ob di-
gnitatem familiæ & augmentum Imperii, partim ob pacem subdito-
rum, eorumq; defensionem, qvorum interest, ne alienis dominio
subjiciantur, cùm satis foret lugubre & deplorandum, videre antiqva
majorum prædia & castra unà cum subditis ad manus pervenire ex-
98 ternas, *l. in fundo 38. ff. de rei vendicat.* † At efficit hic favor, ut ea
qvæ publice utilia sunt, non includantur his, qvæ lege prohibentur,
Bartol. *in l. qvemadmodum C. de agric. & cens.* Zas. *dict. loc. n.* [illegible]
ubi ex Baldô subjicit: pro benefactô haberi, si aliqvid ratione pacis &
qvietis contra jus factum fuerit, Theod. Reinking *de regim. sec. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 18. n. 8.* Responsionem etiam suppeditat
99 † qvartum fundamentum, qvô demonstratum dedimus, jure militari publicô valere pacta Confraternitatis: sed qvis nescit, à pactis hereditariis illicitis & prohibitis, etiam jure civili militum conventio-
100 nes & pacta excipi, *l. 19. C. de pact.* Ac tandem † ex qvintô percepi-
mus, jura civilia nobis opposita, sanctione Cæsareâ publicâ ex pleni-
tudine potestatis hôc in passu fuisse abrogata, ut ne qvidqvam remo-
ræ Confraternitatibus Principum parare qveant.

XLV.

Ex iisdemq; fundamentis & rationibus removetur porrò votum
101 † captandæ mortis, cujus suspicio eqvidem privatos afficit, in Prin-
cipes verò non facilè cadit, autoritate pariter legis, & favore publi-
cô obstante: dahero die Chur- und Fürsten des Reichs/ als *persona publica* den *privat*gesetzen keines weges unterworffen/ uti respondit Do-
mus Saxonica in der *Apologia* und rettung der Zwoschrifften/ so *anno*
1609. von des Chur- und Fürstlichē Hauses Sachsen/ an der verledigten
Güllichschen Herrschafften Rechten/ außgangen/ *fol.* [illegible] Reinking [illegible]
de fœder. concl. 24 lit. l. Joh. Casp. Guttich *de confraternit.* [illegible]
102 † Nec est qvod rationem hujus præsumptionis non saltem in jure ci-
vili, sed etiam naturali fundatam dixeris: postqvàm enim plerum-
103 qve Germanos boni sunt, utiq, ex hâc ratione naturali † Principum [illegible]
[illegible] Germanorum genius von sinistri suspicionem [illegible]
Nicol. Betsius *de pact. fam. illustr. pag.* [illegible]. Frider. Pruckman [illegible]
[illegible] *n. 142.* ipsis præsertim Principibus per specialem protestationem
104 sinistram suspicionem à se removentibus, † hisce verbis: [illegible]
[illegible] / das Gott verhüte/ das unser einige der genandten Parthey [illegible]
[illegible]

erdete Leibes Lehns-Erben abgienge/ rc. Ne qvicqvam ulterius de confirmatione Cæsareâ addamus, † qvæ omne affectatæ mortis votum tollit, cunctasq; malorum morum reprehensiones, machinationes, læsiones & fraudes cessare facit, *l. ult. C. de vendend. reb. civit. l. 1. & ibi Dd. C. de his qui propt. met. jud. non appell.* Guttich *dict. loc.* Et si omninò qvidam ex Principibus, affectibus submitterent habenas, † attamē in familiis integris, sibi mutuò successionis pactô substitutis, extantibus pluribus utrinq; Agnatis, detestandū captandæ mortis votum alterius sive voluntatem sive potestatem spectes, non tàm facilè præsumendum esset, ut in singulis personis, Bers. *dict. loc. p. 122.* 105 106

XLVI.

Non majoris certè ponderis est illud, † qvod per pacta successoria, libera testandi facultas auferatur: ex qvô enim, ut primum & ultimum à nobis adductum fundamentum probat, juris civilis dispositio in pactis hisce Principum publicis non multùm attenditur, qvin & per confirmationem Cæsaream est abrogata, † longè infirmius erit omne argumentum ex jure civili petitum, qvàm ut firma inde desumatur probatio. Nec qvenqvam fore existimaverim, qvi potestatem hanc abrogandi in dubium vocare ausit, cùm factio testamenti † à Principe & jure publicô dependeat. *l. 3. in pr. C. de inoff. testam. l. 3. ff. qui testam. fac. poss.* Fern. Vasq. *de success. lib. 1. §. 1. n. 2. & seqq.* Qvidni ergò ab eôdem tolli, vel saltem ex parte limitari posset? ob evidentem maximè utilitatem publicam, Zas. *dict. consil. 1. n. 44.* pro † qvâ legum ipsarum mutandarum potestatem habet, Joh. Bodin. *lib. 1. de Republ. cap. 8. n. 100.* Muscul. *dict. disput. de confratern. th. 26.* Aut si factionem testamenti lege haud immutatam mavis, per pactum Confraternitatis eam neqvaqvam auferri dixerim. † Ex tabulis siqvidem Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ perspicuum est, testamenti conficiendi potestatem ultimo decedenti haud denegari, modò ultra 30000. aureos testamentô non eroget. Qvæ † sanè exceptio efficit, ut pactum subsistat, Jason. *in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de V. O. n. 19.* Curt. Jun. *consil. 81. n. 3.* Nicol. Boer. *decis. 315. n. 3.* Neq; nititur fundamentô communis illa Dd. opinio, qvâ valere dicitur † donatio omnium bonorū præsentium & futurorū deductô usufructu, qvia scilicet de fructibus donator poterit testari, docente Gail *dict. observ. 127. n. 4.* Absonum porrò in jure non est, ut facultas te- 107 108 109 110 111 112 113

I standi

114 ſtandi per indirectum † alicui adimatur, ut per ingreſſum Monaſte-
rii, *auth. ingreſſi. C. de SS. Eccleſ.* cui monachus omnia acqvirit, ut
habere neqveat, de qvô teſtetur, *l. 28. verſ. qvia per eum. ff. de vulg. &
pupill. ſubſtit.* Anton. Fab. *in Cod. lib. 1. tit. 2. defin. 44. n. 8.* item per
arrogationem, qvando arrogatus poteſtati patris cum omnibus fa-
cultatibus & bonis ſubjicitur, *l. 2. in fin. l. 15. l. 40. ff. de adopt.* & qvô
teſtari prohibetur, *l. 6. & l. 14. ff. qvi teſtam. fac. poſſ. l. pen. C. eod.* ..
nec non per venditionem ſui ipſius ad pretium participandum, *§. pen.
Inſt. de jur. perſ. l. & ſervorũ. §. 1. ff. de ſtat. hom.* aliosq; modos, de qvi-
115 bus agit Jacob. Rick *de unione prol. cap. 2. n. 19. 19. 29. & 46.* † qvô
refero ſucceſſionem ſtatutariã mariti in bonis mobilibus prædefun-
ctæ uxoris, per qvam haud obſcurè ademta eſt ipſi facultas teſtandi, ſi
immobilia non habeat, Chriſtoph Zobel. *in gloſſ. art. 31. lib. 1.* ...
ſimiliter ſi omnia ejus bona. lib. 1. Landrecht. Frider. Penſold. *in addit. ad*
116 *Matth. Coler. part. 2. deciſ. 286. n. 81.* Nimirum † per indirectum & in
conſeqventiam multa admittuntur, qvæ directò non concederentur,
*l. non ſolum. 6. ff. de reſtit. in integr. l. quod dicimus. 7. ff. de auctor. tutor. l.
qvoties. 3. C. de. judic.* Qvid ergo obſtat, qvò minus etiam per pacta
ſucceſſoria factio teſtamenti reſtringeretur?

XLVII.

Qvod tandem de facultate diſponendi & ordinandi de bonis
117 feudalibus Vaſallo ademtâ objicitur, † id facili negotiô refellitur ex
fundamentô noſtrô ultimô, qvô confirmationem Imperatoriam o-
mnem juris defectum ſupplere demonſtravimus. Aliter certè haud
ſubſiſtere pactum ſucceſſorium vel Confraternitatis, probatum de-
dimus *ſuprà th. 33.* Accedente ergò Cæſareæ Majeſtatis conſenſu &
118 approbatione, † valebit utiq; diſpoſitio & ordinatio Vaſalli de bo-
nis feudalibus, *cap. 1. de prohib. feudi alienat. per Frider. cap. Titius.* ...
*quod ſi conſenſus. tit. ſi de feudô defuncti content. cap. 1. verſ. niſi conſentien-
tibus. tit. de alien. feud. patern.* Hartm. Piſtor. *part. 2. qvæſt. 6. n. 7.* Joh.
Köppen *deciſ. 54. n. 67.* Matth. Weſemb. *de feud. cap. 11. n. 12.* Henr.
119 à Roſenthal *de feud. cap. 7. concl. 4. & 5.* Nec obicem † poni patitur
pacto Confraternitatis Saxonico-Haſſiacæ ex membro illô capitula-
tionis, qvò Imperator ſine conſenſu Statuum Imperii vel ſaltem Se-
ptemvirorum, Principatus ac feuda Regalia, per obitum Vaſalli ſine
familiæ ad imperium devoluta, aliis conferre prohibetur: cum pro-
dou=

dudum, *annô scilicet Christi 1373.* † à Carolô IV. ubi de capitulatione 120
nondum constiterit, pactum hoc fuerit confirmatum. Liberamq;
tum temporis facultatem reinfeudandi feuda Imperio aperta, absq;
consensu Electorum Imperatori competiisse, vel ex eô manifestum
est, † qvod Maximilianus I. Imp. in investiturâ Ducatûs Wurten- 121
bergici Everhardo Duci factâ, juri huic renunciaverit, specialiter ca-
vens, si Ducatum istum ad Imperium reverti contingeret, se aut suc-
cessores suos de eô neminem denuò investituros esse, uti probat te-
nor Constitutionis hâc de re factæ *in* §. und als wir. apud Frider.
Hortleder *de caus. belli germ. tom. 1. lib. 3. cap. 1.* † cujus mentionem 122
qvoq; facit Melch. Goldast. *in notis* zu dem Cadawischen Vertrag/ in
Reichssatzungen/ *fol. 319.* Christoph. Besold. *in disput. Nomicopol. lib.
1. disp. 6.* Anton. Qvetta, *cons. 6. n. 1.* Ant. Coler. *de jur. imp. german.
concl. 61.* † Atq; ita Rudolphus I. Imp. jure sibi competente Austriam 123
ad Imperium devolutam filio Alberto, Archiducum Austriæ primo
plantatori fertur concessisse, & Woldemarô Marchione Brandebur-
gensi defunctô, Ludovicus Bavarus Marchiam in filium transtulisse,
Peucer. *lib. 5. Chron.* Diversæ †, ideòq; sunt qvæstiones, an pacta suc- 124
cessoria olim confirmatione solius Imperatoris, absq; consensu Ele-
ctorum accedente, potuerint contrahi? &, an hodiè Imperator, si no-
va inter nonnullas familias ejusmodi pacta surgant, illa absq; præsci-
tu & votô Septemvirûm qveat confirmare? Posteriorem licèt ex
potestate Cæsaris coarctatâ negativè determinare libeat: prioris † 125
tamen decisioni affirmativæ per id nihil decedit, qvia scilicèt Imperii
reditibus nondum adeò imminutis, nulla lex prohibitoria olim erat
præscripta; cum ergò Caroli IV. potestas hôc in passu fuerit liberior,
† qvis facta ejus temerariô ausu impugnare præsumeret? licet & huic 126
ipsi confirmationi, Principum & Statuum Imperii nonnullorum ac-
cesserit approbatio & consensus, † ut colligere est ex verbis finalibus 127
Confirmationis Carolinæ *in* §. Dieser Sachen sein Gezeugen der
Durchläuchtige Fürst/ Herr Wentzlav König zu Böheimb/ des heili-
gen Reichs Obrister Schencke. Marggraff zu Brandenburg und
Hertzog in Schlesien/ rc. die hochgebornen Friedrich/ Pfaltzgraff
beym Rhein und Hertzog in Bäyrn/ rc. † Et tandem nominibus ali- 128
qvorum expressis: und viel unsere und des Reichs Fürsten/ Grafen/
Edle und Getreue/ rc.

CAP. IV.

Pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ qvas obliget personas?

XLIIX.

1 Circa decisionem hujus qvæstionis non est, ut anxiæ nos demus indagationi, cùm ipsamet Rubrica eam suppeditet; ex qvà enim Confraternitatem dicimus Saxonico-Hassiacam, satis elucescit, in-
2 ter duas hasce familias pactum successorium foveri; utriusq; † ergò domûs Principes, Electores nempe & Duces Saxoniæ Serenissimi, ac Hassiæ Landgravii Illustrissimi eò continentur & obligantur: at non solummodò ipsimet paciscentes, de qvibus minus forsan dubium, qvia nihil tàm congruum habetur fidei humanæ, qvam ea qvæ semel
3 placuerunt servari, *l. 1. ff. de pact.* præsertim inter Principes, † apud qvos fides rerum promissarum, etsi totó mundô exulet, consistere debet, Petr. Gregor. *lib. 8. de Republ. cap. 8. sect. 10.* qvandò maximè juramentum accedit, qvô nullum vinculum ad fidem adstringen-
4 dam est arctius, Cicer. *3. offic.* Sed & † eorum heredes, Bartol. Mulic. *de confratern. th. 55.* Petr. Ritter. *in disput. ejusd. mat. concl. 14. lit. f.* & Johan. Caspar. Guttich *th. 8. lit. f.* Reciprocent enim contentio-
5 nis serram Doctores, qvamdiu velint, † an heredes Principatûs sive Regni, prædecessoris pactô teneantur, Christ. Besold. *de success. Regal. lib. 3. diss. 2.* Andr. Tiraqv. *de primogen. quæst. 35. n. 19.* Petr. Gregor. *lib. 7. de republ. cap. 12.* in heredes qvoq; Confraternitatem hanc Principes paciscentes continuatam voluisse, ipsorum † verba expeditum
6 reddunt in formulâ pacti: Also/ wäre es/ das Gott verhüte/ daß einiger einige vorgenandte Parthen/ oder unsere Leibes Lehns Erben von uns stürben/ ꝛc. qvi & propterea obligantur: (1.) vel saltem ex jure
7 communi, qvô † omnis obligatio in heredes active & passive transit, *l. fidejussoris. 24. C. de fidejus. l. ex contractibus. 49. ff. de obligat. & act. l. un. C. ut act. ab hered. & contra hered. incip. l. hereditas. 59. ff. de Reg. jur.* Bartol. *in l. creditores. 3. n. 22. C. de pignor.* Si gravare potest parens filium heredem in testamentô vel aliô modô

ut qvid det, faciat, patiaturve: † cur non obligare illum valeret ad 8
alia minus onerosa? nam contravenire facto defuncti, nulli heredum fas est, *l. cum à matre. 14. C. de rei vendicat. l. 24. C. de donat. l. 10. C. de solut. l. 7. C. de liber. caus. l. 14. C. de evict.* Et militat hic sententia † Gregorii ad Montan. relata *in can. justitiæ. 25. qvæst. 1.* ubi ait: 9
justitiæ ac rationis ordo svadet, ut qvi sua à successoribus desiderat mandata servari, decessoris sui voluntatem & mandata custodiat. (2.) Eoq; minùs heredes pactum hoc antecessorum renuere possunt, † qvantô 10
majori vinculô, jurejurandô scilicet & ipsimet ad observantiam constringuntur, *suprà th. 28.* (3.) Nec ullam recusationis causam prætendere unqvam possunt successores, cum hæc Antecessorum conventio non in eorum præjudicium, † sed potiùs utilitatem & favo- 11
rem fuerit introducta, Guttich *dict. concl. 8. lit. f.* Qvin & si prætextu aliqvô juvarentur, obstaret tamen ipsis confirmatio Cæsarea, † ex 12
qvâ utpote lege publicâ firmiter obligantur, hôc ipsô dum expressa eorum fit mentio in confirmatione: Jhren beeden Partheyen/ihren Erben/ Erbens Erben und Nachkommen/ rc.

XLIX.

Id verò dubi. adhuc restat, † num etiam heredes masculi non- 13
dum existentes, sed adhuc nasciturî sub hôc Confraternitatis pactô comprehendantur? qvòd si enim id negare qvis ausit, fundamentô haud carebit sua assertio, ex ipsis pacti verbis petitô: So wir/ oder unsere Rechte/ natürliche Leibes Lehens Erben todes verfahren oder absterben würden/ qvæ † verba de tempore præteritô & præ- 14
senti, non futurô interpretanda videntur, *per l. si ita. ff. de aur. & argent. legat. l. ult. ff. de lib. legat.* ex qvô consuluit Decius, clausulam consvetam in instrumentis divisionis bonorum (remittentes sibi omne jus) saltèm intelligi de jure præsenti non futurô, *consil. 86. col. 3.* Estq; juris, † qvod legatum cognato relictum 15
tantummodò intelligatur de jam existente tempore testamenti, non autem de futuris, qvi à testatore nec cogniti nec dilecti dicuntur, *l. si cognatis. ff. de reb. dub. l. Titius. & l. item si prætor. ff. de suis & legit. hered.* Andr. Tiraqvell. *de retract. consang. § 1. gloss. 9. n. 84.* Sed præsumtiones hæ, qvalescunq; etiam tandem sint, vim suam

16 eousq; non extendunt, † ut heredes adhuc nascituri à pactó Confra-
ternitatis excipiantur, benè concludente Petr. Ritter. *de confratern. concl. 12. lit. c. apud Arum. tom. 1. jur. publ. disc. 22.* Vix enim verba pacti (vor uns / unsere natürliche Leibes Lehns-Erben und Nachkommen / ꝛc.) qvicqvam operarentur, si de jam natis saltèm intelligenda essent, qvia semper incertum, an heredes masculi nascituri sint, at-
17 qvi hominum pacta & dispositiones ita sunt interpretanda, † ut aliqvid operentur, *l. si qvando. in pr. ff. de legat. 1. cap. si Papa extr. de privil. in sexto* Aym. Cravett. *cons. 272. n. 7. & consil. 294. n. 3.* Cumq;
18 † pactum generaliter de heredibus loqvatur, non est, ut exceptionem admittamus, qvia dispositio generalis generalem admittit explicationem, *arg. l. 1. §. generaliter. ff. de legat. praest. l. 7. ff. de publ. in rem action.*

L.

Ita scilicet pactum hoc Confraternitatis non modò Principes & Duces Saxoniæ, ac Landgravios Hassiæ, sed etiam heredes eorundem jam existentes & adhuc nascituros concernit: at num etiam
19 † Marchiones Brandeburgenses? Pleriq; sane JCti & politici iiq; gravissimi, pacto huic Domum Brandeburgicam admiscent, Zas. *consil. 1. in pr.* Nicol. Reusner. *1. consil. 3. n. 45.* Andr. Knich. *de Saxon. non provoc. jur. verb. Electorum. cap. 2. n. 65. & 72.* Warem. ab Erenberg *l. 1 de fœder. cap. 2. n. 38. in fin.* Petr. Heig. *part. 1. quæst. 23. n. 43.* Melch. Goldast. *de major. lib. 2. cap. 36. n. 3.* Bernh. Zieritz *de princip. inter ipsos prærogat.* Christ. Besold. *in tract. de success. Reg. & elect. lib. 1. diss. 13. n. 1.* Bart. Muscul. *de confrat. th. 7.* Paul. Matth. Wehner. *in pract. observ. verb.* Vereinigung. Petr. Ritter. *de confr. th. 10 lit. a.* Treutler. *1. disp. 6 th. 8. lit. b.* & ibidem Helfric. Ulr. Hunn. *in resol.* Schönborn. *lib. 4. polit. cap. 13.* Ant. Coler. *de jur. Imp. Romani th. 70.* Auth. *discurs.* warumb die Römischen Catholischen in Teutschland sich von den Spaniern
20 und Jesuiten absondern sollen. licèt hi † de tempore non conveniant: Pactum namq; successorium inter Augustum Electorem Saxoniæ; Joachimum Electorem Brandeburgicum, & filios Johannis Friderici Electoris, & Landgravios Hassiæ Naumburgi ad Salam anno 1555. renovatum, scribit Schönborn. *dict. c. p. 13.* allegans ad hoc Slei-
21 dan. *lib. 26* & consentientem habet Ritter. *alleg. loco* † At de hoc prorsus nihil habetur in formulâ Confraternitatis *anni 1555.* renovatæ, qvam exhibet Joh. Limn. *lib. 4. jur. publ. cap. 8. n. 162* neq; Slei-

dan.

dan. de pactô successor. der Erbverbrüderung/ sed de fœdere der Erbvereinigung tractat; ut hinc suspecta planè sit assertio Schönborn. & Ritteri. † Aliâ ideòq; ingreditur viâ Waremun- 22
dus ab Erenberg, *annum* determinans *1587.* qvô Confraternitate successoriâ, qvæ est inter Saxonicam & Hassiacam familiam, Brandeburgenses Marchiones comprehensos fuisse autumat, *dict. loc.* Sed qvàm parùm tum temporis peractum fuerit, ex seqventibus patebit. Divortium verò ab hisce omnibus facit † Dom. Arum. qvi verosi- 23
mile non putat, pacto huic successorio Saxonico Hassiaco unqvam accessisse Brandeburgicos, propterea, qvòd de iis in literis Confraternitatis *anno 1587.* (relatis a Limn. *dict. cap. 8. n. 163.*) nullum appareat vestigium, *in disc. ad A. B. concl. 6. pag. 256.* † meminit namq; *pag.* 24
praeced. eodem anno 1587 Christianum I. Electorem, Fridericum Wilhelmum, Johannem, Johannem Casimirum, Johannem Ernestum, Duces Saxoniæ: Wilhelmum, Ludovicum, Georgium, Mauritium, Landgravios Hassiæ Naumburgi Confraternitatis pactum renovâsse; de qvô etiam fidem facit formula dicta Confraternitatis apud Limn. nec nomina Marhionum Brandeburgicorum ibidem exprimuntur. Anceps autem ipsemet Limnæus, † cui subscribat opinioni, 25
litem hanc ita determinare annititur, qvod qvidem *annò 1557.* Naumburgi de mutuâ successione inter familiam Saxonicam, Brandeburgensem atq; Hassiacam tractatum, certaq; formula desuper confecta, sed paciscentium consensu haud roborata & in effectum deducta fuerit; ex eâ forsan causâ, qvòd familiæ Brandeburgicæ Princeps amplissimi territorii possessor, successionis pactum inæqvale agnoverit, & tractationi ulteriori fenestram aperuerit: licet nec tandem qvicqvã certi adserere audeat, *dict. cap. 8. n. 172.*

LI.

Expedita † ergò res hæc non est apud politicos, nec habent qvò 26
pedem figant, si non acta & protocolla conventuum pro renovandô Confraternitatis pactô habitorum inspexerint. Ex qvibus informatus, priusqvam animi qvid mihi sit, depromam, notabilia qvædam præmittenda duxi qvibus non parùm decisio juvabitur. Eaq; suppeditat † Conventio specialis Principum confœderatorum, *habita* 27
Naumburgi 30. Martii anno 1614. hisce verbis consignata: Nachdem wir unterbenandte Chur- und Fürsten der Häuser/ Sachsen/ Brandenburg und Hessen/ bey jetziger allhier beschehener *renovation* der Erb-

verei-

vereinig- und Erbverbrüderung / uns freundlich und wolmeinend erinnert / daß zwischen den Häußern Sachsen / Brandenburg und Hessen/auch eine Erbverbrüderung vor undencklichen Jahren auffgerichtet/welche *anno* 1587. verneuert werdē/So haben wir bey unserer Anwesenheit solche wiederumb vor die Hand genommen/ und gleichesfals/ wie *anno* 1587. geschehen/ vollnzogen/ darbey aber uns verglichen / daß/ weil der Röm. Keyserl. Majest. *confirmation*, so wol der Königlichen Würde in Böhmen/ als Obristē Hertzogen in Schlesien/ wegen Jegerndorff/ in Polen/ Preussens halben/so wol der vier Churfürsten Mäyntz/ Trier/ Cöln und Pfaltz/ *consens* nötig/ man auff bequeme Zeit und gelegenheit/ auch gute und ersprießliche Mittel gedencken solle/ wann solches bey höchstgedachter Ihre Keyserl. Majest. Königl. Würde in Böhmen/ und in Polen/ und ihren Churfürstlichen L.L.L.L. unterthänigst und freundlich zu suchen. Und da einer oder der ander unter den Erbvereinig- und Erbverbrüderten Chur- und Fürsten solche gelegenheit sehen/befinden und spüren würde/ da etwas fruchtbarliches bey Ihro Keys. Majest. Königl. Würden in Böhmen und Pohlen/ und Churfürstlichen L.L.L.L. anzurichten/ und die bedürffende *confirmationes* und *consens* zu erhalten/ solches dem *Directori* zuvermelden/ welcher nebenst den andern Erbvereinigten Chur- und Fürsten / sich alsdann einer *legation* und *instruction* an gehörigen Orten zuvergleichen/ und die Nothdurfft zu befördern / biß dahin aber die Eydesleistung einzustellen/ solche Vergleichung auch umb mehrer Nachrichtung willen zu Pappier bringen lassen/ mit eignen Händen unterschrieben/ und unsern Daum*secreten* bedrücket/ 2c.

LII.

Ex hâc Principum confœderatorum conventione, unam atque
alteram facti circumstantiam notatu dignissimam colligere possu-
28 mus. Estq; (1.) prima, jamdudum † & à tempore immemoriali Con-
fraternitatem qvandam seu pactum successorium, Erbverbrüderung/
inter familiam Saxonicam, Brandeburgicam & Hassiacam fuisse
contractum, qvod etiam ab Imperatore Friderico *anno* 1457. confir-
matum perhibetur, ut apparet ex literis Serenissimi Saxon. Electo-
ris ad Cæsaream Majestatem *sub dato Dresdæ* 30. *Aprilis anno* 1656. in
29 confirmando eo fœdere scriptis, *ibi*: Das vor undencklichen Jahren
zu Er-

zu Erhaltung Friede/ Ruhe und Einigkeit/ die drey Häußer Sachsen/ Brandenburg und Hessen unter einander eine Erbverbrüderung auffgerichtet/ darinnen versehen/ wie nach abgang eines gantzen Stammes mit desselben hinterlassenen Land und Leuten/ auch allen andern es gehalten werden solle/ welche auch Keyser Friedrich im
Jahr *1457. confirmiret* und bekräfftiget. † qvantumvis instrumen- 30
tum confirmationis hujus originale in archivis Cæsareæ Majestatis *an. 1588.* repertū haud fuerit, efflagitante id Imperatore Rudolphô II. in resolutione *sub datô Pragæ 14. Jun. annô 1588.* Principibus confœderatis datâ: welches hochgedachte Chur- und Fürsten Jhr Majest. versehens zu keinem Mißfallen und Verdruß vermercken/ auch hierzwischen Zeit und Gelegenheit haben werden/ die angedeutete alte Einigung/ und darüber Keyserliche *confirmation* zur hand und für-
zubringen. † Qvô tempore autem & annô Confraternitas hæc cœ- 31
perit, nō est qvod solliciti simus, cūm nec ipsimet Principes termini hujus notitiā habuerint exactam. Hoc verò discere licet ex *Protocollis*, fœdus illud inviolabiliter servatum & in heredes continuatum haud fuisse, ut proinde denuo allaboraverint illud contrahere in
conventu Naumburgensi *annô 1587.* † Demnach vor vielen Jahren 32
zwischen den dreyen Häußern/ Sachsen/ Brandenburg und Hessen eine Erbverbrüderung auffgerichtet/ die zwar hernach ersitzen blieben/ Aber *annô 1571.* zu Schönbeck erstlich/ und dann *anno 1587.* allhier zu Naumburg wieder vorgenommen/ So wäre doch die Zeit/ weil Marggraff Georg Friedrich nicht zur Stelle kommen/ man auch der Sachen halber nicht gnugsamen Bericht gehabt/ nichts
fruchtbarliches derowegen gehandelt worden. (2.) † De pactô igitur 33
Confraternitatis inter hasce tres familias denuô conventum fuisse *annô 1587. & 1614.* præter alia documenta, jam dicta nos certiores reddunt. Qvin & conventionem illam in instrumentum redactam, idq; à tribus illis familiis suscriptum & sigillatum, † hæc protocolli ver-
ba probant: Und dieweil Churfürst *Christian* dem Ersten die 34
abgeredete *notul* zugeschicket/ hätten sie solche *ingrossiren* und jedwedern *interessirten* Chur- und Fürsten zuvollziehen/ zuschicken lassen/ die auch also von ihnen vollzogen/ und die *originalia* darauff in den
Cantzeleyen außgetheilet worden. Cui etiam accedunt † literæ Ele- 35
ctorales supra adductæ, *sub datô 30. April. annô 1616. in verb.* Es haben

auch solche die in Gott ruhenden hochlöblichsten Verfahren [illegible] erneuert/ und der Weiland Römischen Keyserl. Majest. Keyser *Rudolpho &c.* hochlöblichster Gedächtnüß/ durch eine sonderbare Absendung/ ein *ingrossirtes original* sambt Abschrifft Keyser Friedrichs *confirmation, insinuiren*, und umb anderweit derselben ertheilung unterthänigst anhalten lassen. Non ergo habet Joh. Limnæus, † qvod de
36 Confraternitate hâc paciscentium consensu roboratâ ulteriùs dubitet, *dict. cap. 8. pag. 223.* Rectiùs verò posteà concludit *pag. 224.* inter illustrissimas familias, Saxonicam, Brandeburgensem atq; Hassiacam, non solùm longo tempore fœdus defensionis mutuæ hereditarium fuisse & esse; † sed etiam posteà pactum successionis mutuæ
37 inter easdem partium consensu perfectum, atq; deniq; [illegible] Naumburgi reiteratum. (3) Ex qvô porrò manifestum redditur,
38 † distinctum esse hoc fœdus Confraternitatis à nostrô, qvod inter duas duntaxat familias Saxonicam & Hassiacam, initum [illegible] qvò & verba Serenissimi Saxonis collimant, in modô commemoratis literis Cæsareæ Majestati transmissis *annô 1626.* die zwischen den Häusern/ Sachsen und Hessen/ hergebrachte Erbverbrüderung zuverneuren/ ist auch die obenangedeutete Erbverbrüderung der Häuser/
39 Sachsen/ Brandenburg und Hessen/ *renoviret* worden. & † Principum Confœderatorum *in Replicâ, annô 1587. per Legatos exhibitâ:* Daß sie es mitlerweile nichts destoweniger bey der zwischen beyden Häusern/ Sachsen und Hessen/ alt hergebrachter Erbverbrüderung in alle wege bewenden lassen/ und derselben hierdurch in keinerley weise etwas *derogiret* oder *præjudiciret* haben wollen. ex qvô etiam singulum qvodq; in peculiare instrumentum fuit redactum, apud Limn. [illegible] *cap. 8. pag. 224. & seqq.* Non immeritò sanè, qvia diversa qvoq; horum est ratio & effectus, ut seqventia demonstrabunt.

LIII.

40 Notatu (4.) † & hoc maximoperè dignum, qvòd pactum Confraternitatis Saxonico-Brandeburgico-Hassiacum, nec à Cæsare vel Regibus Bohemiæ & Poloniæ, nec à reliqvis qvatuor Septemviris fuerit confirmatum, qvalem tamen confirmationem necessariam judicârunt confœderati Principes, scilicet qvia sine consensu Dominorum feudalium nulla valet dispositio de feudis, nec absq; consensu & approbatione Cæsareæ Majestatis pacta Principum successoria esse-

effectum sortiuntur, *suprà th. 33.* suspensam hanc † confirmationem 41
Cæsaream non modò Protocollum in actu Renovationis *annô 614.*
Naumburgi habito innuit: und wäre zwar die Keyserliche *confirmation*
der Zeit (*nempe anno 1587.*) darüber gesuchet / aber *dilatorium responsum*
erlanget. Sed & resolutio Cæsarea *sub datô Pragæ 14. Junii
annô 1588.* manifeste probat: So wil hierumb Ihrer Keyserl. Majest.
Nothturfft in alle wege erfordern / ehe und zuvor sie sich darüber
schließlichen erklären / denen so wichtigen Dingen weiter nachzudencken/
damit sie sich hernacher des jenigen entschliessen mögen/ was
Ihrer Majest. bey derselben nachkommen und dem Reiche verantwortlich /
und den Erbverbrüderten Chur- und Fürsten selbst zu beständiger
Wolfahrt gedeylichen seyn wird. (5.) Deniq; † & id silentiô 42
prætereundum haud est, qvod fœdus hoc paciscentes juramentô
suô non confirmaverint: de qvò cum in conventu Naumburgi *annô
1614.* deliberabatur, docente Protocollo: und wäre solche *notul* hiebevor
alleine vollzogen / aber nicht beschworen worden / stelleten demnach
dahin / weil bey der verstorbenen Keyserl. Majest. erwehnter
confirmation halber nichts gesuchet / ob man solche *notul* zwar jetzo abreden /
aber ohne Eydesleistung allein siegeln und unterschreiben / auch
hernach mit gelegenheit umb die *confirmation* anhalten wolle / 2c.
conclusum † tandem fuit, daß die Eydesleistung biß nach erlangter 43
Keyserlichen *confirmation* einzustellen. *in convent. Princip. confœder.
supr. th. 51.* Rationem hujus ipsa conclusi verba innuunt, qvia scilicet
confirmatio Cæsarea desuper nondum sit impetrata, qvæ tamen
ad fœderis hujus existentiam formamq; substantialem præcisè reqviritur,
sine qva frustrà actum qvicqvid actum est, *supr. th. 33.* † ut suspensâ 44
hâc confirmatione jusjurandum qvoq; suspendendum meritò
paciscentes existimaverint, ne frustrà jurarent; nunqvam enim præstari
debet juramentum, qvod præstitum non juvat, Ernest. Cothm.
lib. 2. consil. 12. n. 20.

LIV.

Positis hisce, qvid tandem de pactô Confraternitatis Saxonico-Brandeburgico-Hassiacæ
concludendum, verè expeditum est. Nimirum † ad pactum Confraternitatis Saxonum & Hassiacum, qvatenus 45
tale, & de qvô nostrum est institutum, Domus Brandeburgica
nunqvam accessit. De novâ autem Confraternitate inter Saxones,
Brandeburgenses & Hassos, aliqvoties deliberatum & tractatum, qvin

& conclusum, ac novam desuper formulam erectam, & à paciscentibus subscriptione ac sigillô corroboratam fuisse, ex prædictis informatus nemo diffitebitur. † Sed cùm confirmatio Cæsarea nondum
46 adsit, fœdus hoc pro non consummatô nec in effectû deductô habendum, contendit Linea Hassiaca Darmstadiana in causâ Marpurgensi *in art. ad causam principalem pertinentibus. 104. 110. 111. 112.* qvod & placet Johanni Casparo Guttich. *de confraternit. conclus. 3.* idq; ut deosculemur, cogit nos defectus Cæsareæ confirmationis, ipsam
47 Confraternitatis existentiam subintrans, † qvam etiamnum *annô 1626.* à Cæsareâ Majestate nomine Principum Confœderatorum efflagitatam fuisse, discimus ex literis Serenissimi Saxoniæ Electoris, *sub datô Dresdæ 30. April. annô 1626.* Wann aber der dreyen Häußer Nothdurfft erfordert/ daß solche *confirmation* bey Ew. Keyserl. Majest. unterthänigst gesuchet/ weil kein Zweiffel/ Ew. Keyserl. Majest. sich hierinnen willfehrig erzeigen werden/ in dem weder Ew. Keyserl. Majest. noch dem heiligen Römischen Reich etwas daran abgehet. Als gelanget an Ew. Keyserl. Majest. vor mich und mein gantzes Hauß/ auch die Häußer Brandenburg und Hessen mein unterthänigstes bitten/ sie wollen dieses sich in berathschlagung ziehen/ und mit gewieriger Keyserlichen *resolution* der gebetenen *confirmation* halber/ sich also erklären/ das sämbtliche drey Häußer/ Sachsen/ Brandenburg und Hessen sich dessen zuerfreuen/ und Ew. Keyserliche Majestät wegen erzeigter Gnade gehorsambst zu dancken ursach haben mögen/ Inmassen denn Ew. Keyserl. Majest. obangeregte drey Häußer dergestalt sich verobligiren, daß wie bißhero sie standhafftig in Ew. Keyserl. Majest. *devotion* verblieben/ und treue Dienste geleistet/ sie auch hinfüro zu wieder vorfallender gelegenheit/ solche ferner zu *præstiren* in kein vergeß stellen werden/ Erwarte hierüber Ew. Keyserl. Majest. genädigste
48 Antwort/ rc. † Sed resolutio Cæsarea, qvantum percepimus, adhuc est in suspensô.

Cap.

CAP. V.

Qvænam bona pactum Confraternitatis comprehendat?

LV.

Vidimus hactenus personas, qvæ ex pactó nostrô Confraternitatis obligantur; dispiciendum jam qvoq; est de rebus ac bonis sub eô comprehensis: horum generalem † facit mentionem formula Con- 1
fraternitatis *in verbis* Daß alle dieselbe abgegangene Fürstenthumb/ Graff- und Herrschafften: Auch alle andere fahrende Haabe/ nichts außgeschlossen / beweglich und unbeweglich / die wir jetzund haben/ oder wir und unsere Leibes Lehens Erben noch gewinnen mögen/ in allermassen das vorgeschrieben stehet / auff die andere Parthey und ihre Leibes Lehens Erben gäntzlich / zumahle zu Erbeigen gefallen/ und Erblichen bey ihnen und ihren Erben/ als ihren rechtē Erbherrn bleiben sollen. † ut hinc vix qvidqvam excipere liceat, cùm generali- 2
tas verborum restrictionem non admittat, Octav. Cacher. *decis. 94. n. 10.* Dec. *cons. 66. n. 2.* Cæphal. *cons. 59. n. 116.* Aym. Cravett. *cons. 467. n. 3.* Nō ergò de bonis futuris ambigendū est, † qvin & hæc pactoCon- 3
fraternitatis sint subjecta, Petr. Ritter. *de confr. th. ult. circa fin.* Ruin. *lib. 1. consil. 40. n. 2.* Joh. Casp. Guttich *de confr. concl. 5. lit. a.* eoq; minus, qvód verbis disertis notentur in formulâ prædictâ (oder noch gewinnen möchten) † qvæ & specialiter exprimi necesse visum fuit 4
Imp. Carolo IV. pactum hoc *annó 1373.* confirmanti *hisce verbis:* die sie an beyden Seiten jetzund haben/ oder hernach ewiglich erwerben und haben werden/ wie man die mit sonderlichen Namen benennen mag/ nichts außgeschlossen seyn / heissen sollen und mögen/ rc. scilicèt ut obvietur disputationi, an donatio universorum ac futurorum bonorum subsistere qveat; † tollit siqvidem confirmatio Cæsarea o- 5
mnē scrupulū, omnemq; disceptationis serram, qvam vulgò hâc de re trahunt Doctores, & pacto huic vim atq; autoritatem tribuit plenissimā, *supra. th. 33. & 46* licèt inde metuendū haud fuisset, fœdus cō-
fraternitatis eversū iri, † cū nec privatus qvisq; bona sua universa ac 6
futura donare inter vivos prohibeatur, si nō tàm opinioni communi & in praxi receptæ inhærere, qvàm juris rationi ac autoritati subscri-

bere velimus, *l. in ædibus. 9. §. 1. ff. de donat. l. ſi rerum. 2. C. de donat. quæ ſub modô. l. ſi qvis argentum. 35. §. ſed ſi qvis univerſitatis. 4 & ſeq. C. de donat.* Joh. Corraſ. *lib. 6. miſcellan. 17.* Anton. Fab. *part. 2. de error. pragmat. decad. 48. error. 6.* Andr. Gail *lib. 2. obſervat.* [illegible] Vaud. *lib. 1. qvæſt. 31.* parùm offendente fulcro, qvod in liberâ teſtandi
7 facultate vulgò ponunt, eoq; aſſertum hoc deſtructum eunt; † Etſi
enim qvi bona habet, nullâ conventione, nullové pactô, ut ne de iis
diſponat, vel ut ne à diſpoſitione ſemel factâ recedat, conſtringi poſ-
ſit ac debeat; neqvaqvam tamen prohibitum videtur, tale qvid fa-
cere, qvô per conſeqventiam neceſſariam efficiatur, non ut propriè
loqvendó libera facultas teſtandi tollatur, ſed ut prorſus teſtandi fa-
cultas non exiſtat, & nihil, de qvô teſtetur, ſuperſit, Vaud. *lib. 1. cit. qvæſt. 31.*
8 Qvin & † ſi qvis particulatim qvotidiè erogando bona ſua
efficere poteſt, ut ei morituro nihil ſit reliqvi, de qvô diſponat, qvô
non offendatur Regula illa juris; nihil utiq; obſtare videtur, qvò mi-
nùs unâ largitione efficiatur, Corraſ. *dict. miſcellan. 17.* Reinhard.
Bachov. *in animadv. ad Hur. Treutl. vol. 2. diſp. 9. th. 5. lit. d.* Sed non
anxii ſimus hâc de re, qvã jam *ſupra th. 46.* deciſam dedimus, ipſumq;
9 † Confraternitatis pactum hôc modô eam voluit determinatam, ut
triginta millia florenorum exciperentur, ſuper qvibus Confratribus
Illuſtrisſimis permiſſa ſit teſtamenti diſpoſitio, qvæ tamen ipſa ad
bona reſtringuntur mobilia, (doch ſol daſſelbe *teſtament* über 30000.
floren nicht ſeyn / und auch mit keinen Schlöſſern / Städten noch
Dörffern / ſondern aus fahrender Haabe gemachet und geſetzt ſeyn
ohne alles gefehrde. Theod. Reinking. *de regim. ſecul. & eccleſiaſt. lib. 1. claß. 4. cap. 18. n. 38.* Petr. Ritter. *de confratern. concl. 11. lit. a.* Gunth.
10 *cit. loc. concl. 5. lit. c.* † Qvondam ſanè minor ſumma erat reſervata
diſpoſitioni teſtamentariæ, nempe 10000. aureorum, cujus meminit
Nicol. Reuſner. *1. conſil. 3. n. 45. & ſeqq.* ſed poſteà *anno* [illegible]
huic fuit augmentum, ut triginta millia florenorum aſſignaret, Hen-
nig Feſch. *de fœder. concl. 24. lit. f.* Ritter. *dict. loc.*

LVI.

11 At nonne pactum hoc † ſucceſſorium de bonis univerſis atq;
formis, filiabus adhuc innuptis & indotatis exiſtentibus præjudica-
bit? [illegible] qvô cùm fœderi Confraternitatis Saxonico-Haſſiacæ hæc
[illegible] conditio, ut alteiâ familiâ qvoad heredes maſculos extinctâ

hæc

da eine Parthey ohne rechte Leibes Lehns-Erben abginge/ alteri bona & Principatus deferantur, fieri non potest, ut non excludantur filiæ: † qvamprimùm enim conventio illa existit, altera paciscentium 12
familia, exclusis omnibus de exstinctâ stirpe existentibus, non secùs ac ex testamento aut ipsâ lege statim succedit, omniumq; tàm mobilium qvàm immobilium bonorum, dominium sibi acqvirit. † Dixe- 13
ris forsan, filias illustres jure non conqveri de exclusione à successione, pactô speciali & Constitutione Carolinâ pragmaticâ sibi ademtâ, Udalr. Zas. *lib. 2 consil. 1. n. 51. & 56.* cùm expeditum ferè sit apud Interpp. conventionibus seu statutis fœminas à successione excludi posse: † id qvod Bartol. Bald. Alexand. Jason & alios in suis le- 14
cturis tanqvam certum & cognitum præsupponere, tradit Zas. *dict. loc.* non absq; evidentibus rationibus, postqvam interest Reipublicæ, familiarum ordinem & dignitatem conservari, *l. 1. §. sed etsi servus. ff. de ventr. inspic.* † qvod sine divitiis fieri neqvit, *l. pietatis. C. de suspect.* 15
tutor. l. creditores. ff. de privil. credit. cumq; per masculos gerantur onera Reipublicæ, *l. fœmina. ff. de Reg. jur.* meritò & hi commodum sentire debent, *l. 1. §. ult. ff. de aqva & aq. pluv. arcend. l. secundum naturam. ff. de Reg. jur.* nec qvenqvam fugit, in fœminâ nuptâ finiri familiæ & agnationis nomen, *l. pronunciatio. in fin. ff. de verb. signif.*
† seqvitur enim forum & familiam viri, *l. fœmina. ff. de senator. l. cum* 16
qvidam. ff. de jurisdict. in qvam etiam bona transfert non sine injuriâ familiæ paternæ; idq; ne fieret, Deus in Veteri Testamentô lege cavit, *Num. cap. ult.* veluti hinc qvoq; lege Voconiâ mulieres à successione olim prohibitæ sunt, ut refert ex Cicer. Zas. *dict. loc.* † Sed im- 17
pium esset filias privare eô, qvod Jure Naturæ ipsis debetur, *l. maximum vitium. C. de lib. præter.* & licèt concesserimus statuta & conventiones, qvibus à successione fœminæ excluduntur, qvalia per totam ferè Italiam vigent; excipiuntur tamen † semper dotes mulierum, 18
de qvibus filiabus est prospiciendum, ut benè monet Zas. *dict. consil. 2. n. 5*[illegible] Qvod & curæ sibi habuerunt Illustrissimi Confratres in pactô Saxonico-Hassiacô, ratione dotis filiabus numerandæ ita caventes, ut si plures adsint, successor pactitius singulis 24000. florenos 19
pro dote solvere teneatur: si una tantùm, augeatur 20000. florenis: si duæ, addantur saltèm 10000. *Vid. supra th. 15. art. 12. & 13.* Benè omninò, ne filiæ Illustres ab omnibus bonis paternis, tanqvam extraneæ & indignæ prorsus, remotæ & exclusæ videantur, Joh. Casp.

Gutsich

Guttich. *concl. 5. lit. b.* Remig. Fesch. *dict. concl. 24. lit. T.* Nec enim
20 præterea † qvicqvam lucrantur, prout verba habent pacti: und sollen ihnen allen keine weitere besserung/ noch wegen väterlicher/ mütterlicher/ noch brüderlicher Erbschafften/ *legitima*, oder aller anderer Angefälle was mehr zu reichen/ zu geben oder folgen zu lassen schuldig seyn/ sondern sie sollen mit obberührter *summen* aller ihrer foderung/ so sie zuhaben gedächten/ allenthalben vergnüget und abgerichtet seyn und bleiben/ und sich keiner *succession* und anderer anforderung anmassen/ in keinerley weise und wege. Non ergò pactum Confrater-
21 nitatis præjudicat dotibus filiarum; † At nec viduis ratione dotis, dotalitii & Morgengabæ, sed familiâ extinctâ, viduæ salva habent jura sua muliebria, usq; adeò ut si nondum certi qvid de hisce conventum, altera familia succedens ad satisfactionem obstringatur, *suprà*
22 *th. 15. art. 15. & 6.* † Nullâ siqvidem conventione, nullâ dispositione jura hæc viduarum inverti possunt, Georg Rotschiz *de dotalit. artic.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 5. n. 6.* Jacob. Schult. *in addit. ad Blad. Pistor. p. 3. quæst. 122. n. 120.*

LVII.

Ex generalitate porrò Confraternitatis hujus satis liqvescit,
23 nō saltem mobilia sed & † immobilia bona sub eâ comprehendi, de qvô ut minus dubitetur, visum fuit Confratribus illustribus verbis disertis & perspicuis illa exprimere: daß alßdann desselben abgegangene Fürstenthumb/ Graffschafften und Herrschafften/ Lehen- und Pfandschafften mit Land und Leuten/ Erbeigen Kleinoden/ Schulden/ Geld/ Geschütz und zugehörige Arttollerey/ nichts außgeschlossen/ beweglich oder unbeweglich. Ac jure hoc pactum successorium de Principatibus, Ducatibus, & Comitatibus ceu feudis regali-
24 bus subsistere, † ambigere vix qvisqvam poterit, pensitans confirmationem Cæsaream, qvæ omnē de feudis dispositionem convalidat, licet consensus Serenissimorum Electorum haud accesserit. Ut enim ni-
25 mè enim concedamus, † hodiè non fas esse Imperatori, de feudis Imperio aperiendis & apertis alios reinfeudare, irreqvisitis Septemvirorum votis, ut docent verba Capitulationis, *im §.* was auch die Lehen dem Reich und uns/ rc. apud Goldast. Politische Reichshändel
26 *part. 5. tit. 1.* Dom. Arum, *disc. 4. ad A. B. th. 16.* († dissentiente qvantumvis Boceró, *de regal. cap. 2. n. 61. & c. 4. n. 15.* qvem compendiosam versionem Sleidani decepisse, conjectat Gerlac. Buxtorff.
ad A.

ad 1. ? concl. 87.) & per conseqvens nec pacta ejusmodi successoria qvoad feuda Regalia confirmare, Guttich. *dict. loc. concl. 6.* Fesch. *dict. concl. 24. lit. c.* ex qvô etiam Serenissimi ac Illustrissimi Principes confœderati in Confraternitate Saxonico-Brandeburgico-Hassiacâ solius Cæsareæ Majestatis confirmationem haud judicaverunt sufficientem, *th. 51.* † qvondam tamen & tempore Caroli IV. primi 27
pacti nostri autoris, consensum Septemvirorum ad confirmationem pactorum successoriorum haud fuisse necessarium, suprà demonstravimus *th. 47* in qvô etiamnum acqviescimus cum Fesch. Guttich. *citat. locis, &* Limn *lib. 4. jur publ cap. 8. n. 153.*

LIIX.

Qvid verò juris in feudô Electoratûs, seu ditione Electorali Saxonicâ: num † qvod de universitate bonorum in pactum hoc Se- 28
renissimorum Saxoniæ Ducum & Illustrissimorum Landgraviorum Hassiæ deductorum jam dictum, ad eam qvoq; extendi debeat? Decisionem petere licet † ex verbis Fabricii *de orig. Saxon. lib. 7. fol. 747.* 29
Sed qvid ille? *Renovatur*, inqvit, *eodem annô (puta 1431. 9. Calend. Novembr.) fœdus fraternum & hereditarium inter Electorem (puta Fridericum II. placidum) & fratres & inter Ludovicum IV. Hassiæ Landgravium, exceptâ ditione Electorali Saxonicâ, qvæ nec in fœderibus majorum fuit comprehensa, qvia ad Imperium pertinet: nec generi tribuitur, sed boni*: hæc ille: cujus † verba Dom. Arum. *in disc. 6. ad A B. th. 6.* 30
omissô nomine Electorali (jure propterea reprehensus à Joh. Limn. *dict. cap. 8. n. 161.*) ad Ducatus Saxonicos indifferenter trahit, & divortium facit à Fabriciô, eò, qvod nulla Saxonicæ aut alterius ditionis exceptio facta fuerit in pactô nostrô Confraternitatis; † sed opus 31
hoc non habuisset, cùm nec Fabricius, nec nos cum ipso feuda Ducatuum Saxonicorum excipiamus: de ditione saltèm Electorali vel feudô Electoratûs dubium residet, idq; sub Confraternitate haud comprehensum dicit Fabric. de qvô tamen dubitat † autor des war- 32
hafften und gegründetẽ Berichts/ was sich in dem Fürstlichen Weimarischen und Altenburgischen *praecedenz*streit bißhero zugetragen/ *part. 4. p. 125.* & cum eo Joh. Casp. Guttich. *in disp. de confrat. concl. 5. lit. b.* Uterq; urget verba Confraternitatis generalia, † qvibus omnia 33
tàm præsentia qvàm futura bona nullâ re exceptâ, adeòq; nec ditione Electorali Saxonicâ, licèt ab initiô hujus pacti nondum à Misnensibus acqvisitâ, comprehenduntur. Mit allen unsern Landen und Leu-

 ten/

ten/ die wir jetzund haben/ oder hernach gewinnen mögen. *Et postea:*
das alsdann derselben abgegangenen Fürstenthumb/ Graffschafften
und Herrschafften/ rc. nichts außgeschlossen/ beweglich oder unbe-
weglich/ die wir jetzund haben/ oder wir und unsere Leibes Lehens-
34 Erben noch gewinnen mögen/ rc. † At talia hæc non sunt, ut inde di-
moveri nos patiamur à verô Fabricii asserto, cui & Limn. *loco alleg.*
n.168. subscribit. (1.) Neminem siqvidem latet, Electoratum esse di-
35 gnitatem, nec dependere à dispositione hominis, † sed legis. *tit. 7.*
A. B. qvare de eô pacisci haud potuêre Serenissimi Saxoniæ Duces,
& conseqventer nec de illâ ditione Saxonicâ, in qvâ radicaliter di-
gnitas Electoralis est fundata, hancq; ceu umbra corpus subseqvitur,
ita ut absq; terrâ Saxonicâ esse & subsistere haud valeat, non secus
atq; Electoratus Palatinus & Brandeburgicus absq; Palatinatu &
Marchiâ Brandeburgicâ, *tit. 20. Aur. Bull. ubi* Dom. Arum. *disc. 6. th.*
27. & Rumelin. *part. 2. dissert. 6. th. 17.* scilicèt ne officium Electora-
le sit sine reditu, nec reditus Electoralis sine dignitate, ut ait Dionys.
36 Gothofred. *lib. 3. in refut. obj. 33. de tutel. Elect. testam.* † Regerit eqvi-
dem Guttich, pactum hoc confirmatum esse à Cæsareâ Majestate, cui
liberum fuerit vivente adhuc familiâ, sub modô expectativô aliam in
casum côtingentiæ de Electoratu vacante investire, perinde ac extra
casum Confraternitatis, familiâ stirpitus extinctâ Electoralem di-
37 gnitatem cui velit cum annexis conferre, † veluti extinctâ familiâ
Electorali Anhaltinâ in Albertô III. à Sigismundô Imp. de Electora-
tu Marchionem Misniæ Fridericum Bellicosum *annô Christi 1423* una
38 cum terrâ Saxonicâ investitum novimus, † cujus insignia solenniter
accepit Budæ in Pannoniâ *annô 1425*. David Chytr. *in Saxon.* Fabric.
lib. 7. orig. Saxon. Georg. Spalat. *in Chron. Saxon. tit. 2.* Petr. Albin.
in Chron. Misn. tit. 16. Balth. Mencius von Stam und Ankunfft
der Churfürsten zu Sachsen und Margraffen zu Meissen/ *in Alberto*
39 *III. Anhaltino Elect. Saxon.* usq; adeò, ut nec † hodierno tempore con-
sensum Archi Principum Electorum ad collationem Electoratuum
vacantium reqvirere necesse sit, *tit 7. A. B.* prout dedimus pro-
batum *in comm. ad leg. Reg. cap. 7. sect. 3. n. 27.* sed benè respondet
40 Limn. *dict. cap. 8. n. 170.* † potuisse qvidem Imperatorem etiam de
feudô Electorali idem constituere, qvod de reliqvis, sed potentiæ hoc
esse, qvæ an unqvam in actum fuerit traducta, adhuc demonstran-
dum fore. (2.) Cumq; pactum Confraternitatis duntaxat de Ducati-
bus

bus loqvatur, von Fürstenthumben/ nec verbulô mentionem faciat Electoratûs des Churfürstenthums/ nô certè præter mentem contrahentium includere hunc licet, qvia aliud est Fürstenthumb/ aliud Churfürstenthum/ tantum siqvidem voluerunt contrahentes/ qvantum expresserunt verbis, & tantum expresserunt, qvantum voluerunt, Limn. *cit. loc.* (3) Accedit, † qvod cum in fœdus successorium 41
Saxonico-Brandeburgico-Hassiacum *annô 1587.* Electoratus fuerint deducti, ut liqvet ex tenore pacti istius apud Limn. *dict. cap. 8. n. 172. p. 216.* Cæsarea Majestas inter alia ob hoc ipsum qvoq; tanqvam propter rem novi exempli & antea non consvetam, confirmationem detrectarit: Dieweil † aber Ihr. Keys. Ma, est. die verbrachte Einigung in etlichen *puncten* fast wichtig/ ꝛc. So wil hierum Ihrer Keys. 42
Majest. Nothdurfft in alle wege erfordern/ ehe und zuvor sie sich darüber schrifftlichen erklären/ denen so wichtigen Dingen weiter nachzudencken/ ꝛc. Nec ullam hisce injiciunt remoram verba generalia Confraternitatis, qvæ maximoperè Guttich adversus Fabric. urget, † siqvidē de Ducatibus & Principatibus tantummodò loqvuntur, in qvibus subsistendum est, nec sano sensu ad Electoratum ea extendi possunt, ob dignitatem scilicet Electoralem feudo huic annexam, qvæ facit, ut exceptum censeatur in dispositione generali, qvâ nunqvam comprehenduntur † res specialiter privilegiatæ, *l. decurionibus 3. ubi* Bartol. *C. de silent. ar.* Baldus *in l. non plures. 4. in fin. C. de SS. Eccle.* Salycet. *in l. ult. notal. 4. C. de jur. dot.* Nec veniunt in dispositione generali, † qvæ speciali notâ sunt digna, *l. 1. ubi Dd. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisd.* & in qvibus concedendis, Princeps se solet reddere difficilem, Sylvan. *cons. 54. n. 24.* Cravett. *consil. 172.* 43 44 45

LIX.

Fallunt ergò qvi ditionem Electoralem, † vel ipsam etiam Septemviratûs dignitatem in pactum Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ deductam autumant, licet inficias haud eamus, fœdus illud novum Saxonico Brandeburgico-Hassiacum, de qvô *suprà th. 54.* à Dominis paciscentibus ad Electoratus qvoq; & dignitates Electorales extensum fuisse *th. preced. n. 41.* ita † ut domô Saxonicâ vel Brandeburgicâ (qvod Deus in perpetuum clementer avertat) radicitùs extinctâ, dignitas Electoralis cedat familiæ Hassiacæ, *in* §. da sich aber die Fälle. *vers.* und unter dem Theile/ welcher alsdann auff Hessen 46 47

fallen wird / die *dignitet* der Chur mit begriffen seyn. *Et §.* wo sich aber, *seq. vers.* und die Landgraffen zu Hessen zwey Theil / unter welchen zwey Theilen die *dignitet* der Chur mit begriffen seyn solle / ic.
Cujus tamen pacti confirmatio & existentia adhuc in suspensô est, *suprà th. 53. & 54.* Ansam nihilominùs id jamdudum præbuit dubi-
48 tandi, † num Cæsarea Majestas in confirmatione ejus, qvoad dignitatem Electoralem, Lineam Domûs Hassiacæ Darmstadianam præferre qveat Lineæ Cassellanæ, scilicet ut casu contingente, dignitas Electoralis illi primùm cedat. Postqvàm enim utraq; linea ex pactô contrahentium jus habeat acqvisitum, ex naturâ & qvalitate Electo-
49 ralis dignitatis, † qvæ semper defertur Primogenito, *tit. 7. A. B.* vid. Arum. *disc. 4. th. 4. &* Rumelin. *part. 1. diss. 2. th. 2.* Lineæ Cassellanæ præcedentiam competere qvis existimaverit. Sed prorsus absq; fundamentô: nec enim qvod de jure succesionis qvoad dignitatem Electoralem in certâ familiâ jam radicatam *dict. tit. 7. A. B.* provisum
50 est, † ad novam Electoratûs collationem extendi debet, qvæ arbitrio Cæsareæ Majestatis usq; adeò est relicta, ut qvemadmodum pacti successorii confirmationem prorsus denegare potest, ita qvoq; eandem moderari, & certis legibus determinare qveat, *dict. tit. 7. A. B. §.* da aber derselben Fürstenthumb eines im Reich ledig würde / ic. Petr. Heig. *lib. 1. qvæst. 3. n. 27.* Henric. à Rosenthal *de feud. cap. 2.*
51 *concl. 1.* † cui sanè neutra familiæ Hassiacæ Linea, exceptionem juris qvæsiti opponere valet, cùm dignitas Electoralis, ut modò diximus, ex solâ Cæsareæ Majestatis gratiâ, nutu & arbitriô dependeat, adeòq; ante confirmationem & collationem expectativam, nemo Principum paciscentium de jure qvæsitô gloriari possit. Rei hujus
52 exemplis haud destituimur. † Qvem etenim fugit, in Electoratu Palatinô Henricum Juniorem, Henrici Leonis Ducis Saxoniæ & Bavariæ filium secundò genitum, ab Henricô VI. Imp. ob præclara sua merita creatum fuisse Electorem Palatinum? Nonnè etiam digni-
53 tas † Electoralis Saxonica post obitum Henrici, ab Imp. Friderico Barbarossâ Bernhardo Comiti Ascaniæ Ballenstetri & Walpæ, Marchioni Salisqvellensi & Dynastæ Bernburgensi, Alberti Ursi Electoris Brandeburgici filio tertiò genito, unà cum Ducatu Saxoniæ ad
54 Albim fuit concessa, † propterea qvòd Signifer ejus fuerit in bellis, Petr. Albin. *in Chron. Misnens. tit. 16.* Cranz. *in Saxon. lib. 6. cap. 1.*
Mun-

Munster. *in Cosmograph. lib. 3. cap. 442.* Et qvis historiarum seculi
nostri adeò imperitus, ut nesciat, † dignitatem Electoralem Saxoni- 55
cam Johanni Friderico, & Lineæ ab Ernestô appellitatæ ereptam,
ab Imp. Carolô V. *annò 1547.* in Lineam Albertinam translatam,
eâq; Mauritium Saxoniæ Ducem in castris ad Wittebergam dona-
tum fuisse? Chytr. *in Saxon. lib. 16.* Ludov. de Avilâ *de bell. german.*
Joh. Sleidan. *lib. 19 histor.* Reusner. *in stirp. 2. stemmat Wittebin.* Do-
cent qvoq; historici, † Sigismundum Imperatorem *Mens. Jun. annò* 56
1417. dignitatem Electoralem Brandeburgicam, Friderici III. Burg-
gravii Norinbergensis filio secundò genito Friderico IV. vel intuitu
hujus dignitatis I. in Conciliô Costnizensi concessisse, Chytr. *in Sax.*
lib. 1. Munster. *in Cosmograph lib. 3. cap. 472.* Ita scilicet fas est Impe-
ratori, † sepositâ nativitatis serire, in benè meritos, & qvibus opti- 57
mè cupiat, dignitatem Electoralem conferre. Qvidni ergò etiam Li-
neam Darmstadianam Casselanæ præferre?

Cap. VI.

Qvisnam finis, qviq; effectus pacti hujus successorii?

LX.

Finem hujus Confraternitatis, si unicò verbô qvis determinatum
expetat, ponimus † tranqvillitatem publicam, seu Reipubl. salu- 1
tem. Panguntur enim fœdera Confraternitatis, ut ex mutuâ & sta-
bili successione, defensione, fide & concordiâ fraternâ, Familia-
rum senescentium splendor & dignitas conservetur, Schönborn.
2. polit. 13. Johan. Caspar. Guttich. *de confratern. concl 7. lit. b.* Re-
mig. Fesch. *de fœder. concl. 24. lit. g.* † qvam cum amplificari Reipubl. 2
intersit, *l. 1. §. 13. ff. de ventr. inspic.* Johan. Bodin. *lib. 1. de Republ.*
cap. 2. usq; adeò ut huic intentus publicæ utilitati prospicere dica-
tur, Angel. Perus. *cons. 68. n. 4.* Corn. *cons. 335. n. 18.* non potest non
interesse Reipublicæ, Confraternitates ejusmodi inter Principes
existere, prout in terminis concludit Nicol. Reusner. *1. cons. 7. n. 54.*
De † qvô cùm passim in hâc disputatione jam fuerit actum, ulterio- 3

re rei hujus dilucidatione ſuperſedemus, ad effectus pacti noſtri
properantes. Qvod ſi autem de confœderationibus in genere rectè
4 dicitur, eas multùm operari, Ludolph. Schrader. *de feud. part. 10 ſect.*
7. n. 27. Cuno *de pact. lib. 1. cap 24. n. 164.* venenum Reipublicæ par-
tum extingvere, vitamq; ejus prorogare, Waremund. ab Erenberg
de fœder. lib. 1. cap. 1. n. 69. earumq; beneficiô plurium perſonarum
fieri corpus unum, Jacob. Menoch. *conſil. 99. n. 39.* & habere confœ-
5 deratos idem velle idemq; nolle, Grammat. *deciſ. 65. n. 38.* † veriſſi-
mè id aſſertum erit de fœderibus Confraternitatis, qvibus paciſcen-
tes tali junguntur affectione, ut ſibi invicem ſalutem propriam & o-
mnia concredant, Andr. Tiraqvell. *in l. ſi unqvam. verb. libertus n. 92.*
& ſeq. C. de revocand. donat. Andr. Alciat. *lib. 1. præſumt. 30.* Chaſſan.
in catal. glor. mund. part. 12. conſid. 53. ut hinc magnus de effectibus
6 † Confraternitatis noſtræ differēdi campus ſe offerret, in qvô ne pro-
lixiores ſimus, principaliores ſaltem attingere lubet. Eſtq; primus
ac præcipuus, qvod alterius familiæ ſtirpe extinctâ ad alteram bona
7 & Principatus hereditariô qvaſi jure devolvantur. † Paciſcentes ſi-
qvidem vi & efficaciâ reciproci hujus non ſolùm jurejurando, ſed et-
iam Imperatoriâ autoritate corroborati pacti gentilitii, ſibi invicem
in omnibus bonis & facultatibus tàm mobilibus qvàm immobilibus,
tàm allodialibus qvàm feudalibus, non ſecus ac naturales fratres u-
8 nâ agnatione & familiâ producti ſuccedunt; † id qvod exemplô Co-
mitatûs Hennebergici comprobatum damus, qvem per ſimilem
Confraternitatem *annô 1583.* ad Sereniſſimos Saxonicæ Duces tranſ-
latum, diximus *ſuprà th. 36. n. 20.* Guttich. *cit. loc. th. 5. lit. a.* & Co-
mitatum Kazenelnbogenſem parili jure ad Illuſtriſſimos Haſſiæ
Landgravios deveniſſe, refert Molin. *conſil. 17.*

LXI.

9 Sed ne qvem † vocula ſucceſſionis offendat, reſtrictam eam
volumus ad anomalum jus ſuccedendi, qvod neq; ex teſtamentariâ
diſpoſitione, neq; ex causâ inteſtati, ſed pactô & ſpeciali ſtatutô vel
lege competit. Qvemadmodum enim in genere pacta ſucceſſoria
10 ab Illuſtribus perſonis inita, non in vim ultimæ voluntatis, ſed † con-
tractus, mutuæ obligationis, legis & Statuti, ex Cæſareâ promiſſione
& autoritate ſubſiſtunt, atteſtante Gailio *lib. 2. obſervat. 127. n. 4. &*
obſerv. 226. n. 2. Dauth. *de teſtament. n. 87.* Aym. Cravett. *conſil.* [illegible]

[illegible]

n.1. Herm. Vultejô *conſil. 34. n. 98.* Nicol. Reuſner. *lib. 1. conſil. 3. n. 39.*
ita qvoq; de pactô ConfraternitatisSaxonico-Haſſiacô †æqvabiliter 11
judicandum, qvod fecerunt in terminis conſulti Dec. *conſ. 655. n. 11.*
Carol. Molin. *conſil. 18. n. 27.* Marian. Socin. Jun. *vol. 1. conſil. 65. n. 51.*
verſ. ſecundò hoc probatur, & n. 54. 55. Udalr. Zaſ. *dict. conſ. 1. n. 30. &*
ſeqq. † Abſonum ſanè non eſt, nec novum, ut appellatione pacti ſta- 12
tutum veniat, *arg. c. qvæ contra. in fin. diſt. 8.* ubi generale dicitur pa-
ctum ſocietatis humanæ, Regibus obtemperare: qvod tamen non
pacto ſed ſtatuto tribuendū: & parili intellectu in veteri Teſtamen-
tô, ea qvæ Deus ſtatuit, vocabulô pacti ſæpenumero edicta ſunt, ex
qvô etiam pacta cum ſtatutis ſunt convertibilia, Signor. *conſil. 245.*
Zaſ. *dict. conſ. 1. n. 31.* † Qvidni ergò, eâdē, vel longè etiam probabi- 13
liori ratione pacta Principum ſucceſſoria ſtatuta vocaremus? qvippe
qvi non modò vigore Regalium & poteſtatis, qvam obtinent circa
modum ſuccedendi, ſtatuta ipſimet promulgare poſſunt, Bartol.
in l. omnes populi. verſ. qvartò qværo. ff. de juſtit. & jur. ſed & qvorum
mens ac animus eſt, perpetuis ordinationibus, paci, tranqvillitati &
qvieti Ducatuum, Comitatuum & dominiorum conſulere, Zaſ. *dict.*
loc. † Accedente præſertim confirmatione Cæſareæ Majeſtatis, cu- 14
jus placita legis habent vigorem, ac pro lege obſervari debent, qvan-
tumvis non animô condendæ legis facta fuerint, Petr. Rebuff. *in*
tract. concord. tit. de Reg. facult. col. ult. verſ. qvod Principi placet, pag.
795. Qvibus ita ſtantibus facilè eſt colligere, Illuſtrisſimos Confra-
tres, qvi vulgò heredum nomine indigitantur, † tales propriè non 15
eſſe, neq; legitimos, neq; teſtamentarios, ſed ab utrisq; differre &
anomalos, irregulares, conventionales ſive pactitios haberi, Dauth.
de teſtam. n. 80. verſ. nam etſi in fin. & n. 115. verſ. ſeptimò inconſideratè.
Petr. Heig. *part. 1. qvæſt. 23. n. 13.* Cothman. *3. conſ. 44. n. 37. & ſeq.*
Bernh. Græv. *2. concl. 27.* Cravett. *conſil. 19. n. 11.* Reuſner. *dict. conſil. 3.*
n. 38.

LXII.

Notabilis huic ſuccedit effectus † communionis & ſocietatis 16
neceſſariò conſeqvens, qvem contractus inter vivos importat: ex
qvô ſcilicet res univerſæ paciſcentium, iàm quoad poſſesſionem ci-
vilem, quam quoad dominium continuò invicem communicantur,
licèt † executio in caſum mortis, familiæq; extinctæ ſuſpendatur, 17

Remig.

Remig. Fesch. *de fœder. concl. 24. lit. f.* Joh. Casp. Guttich. *de confratern. con. l. lit. c.* Theod. Reinking *de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 2. cap. 18. n. 12* Ern. Cothman. *consil. 78. n. 176.* Competit ideoq; virtute hujus Confraternitatis, cuilibet familiæ & Confratri in bonis alterius

18 rius † jus quæsitum ac radicatum, & inde constitutum possessorium. Idq; probant (1.) verba confirmationis Carolinæ *de anno 157*,

19 † daß die Erbverbrüderten / und ihre allerseits Manns-Leibes-Lehns-Erben / ewiglich gleiche rechte und erbliche Mitgeerben / und gemeiner Lehen und rechter Gewehre ihrer Fürstenthumben / Graffschafften / Land Leute / Güter und Zugehörungen haben / &c. qvibus constituta denotatur ipsa possessio, ut benè infert deductio Lineæ Darmstadianæ *in causâ Marpurgensi, in articulis ad causæ principalis deductionem pertinentibus,*

20 *art. 86. 87. 88.* † per voculam enim Gewehr vulgatô idiomate venit possessio, Landr. *lib. 2. art. 29. in fin.* Lehnrecht *cap. 11. ordin. process. judic. Elect. Saxon. tit. 44. §.* und das hat auch stat / &c. *Recess. Imper. de anno 1512. tit.* von Gotteslästern / *ibi:* die

21 streitigen Gewehr und *possess &c.* Rectè hinc de jure † radicato ex pactô Confraternitatis excepit Elector Saxoniæ *annô 1552.* in dem Außschreiben / warumb er zur Kriegesrüstung gedrungen. §. Zugeschweigen. *verb.* zu dem und daß auch wir und daß Hauß zu Sachsen / vermöge einer Erbverbrüderung auff dem Fürstenthum Hessen / im fall es ohne männliche Erben zukünfftig stünde / ein mercklich *interesse*

22 haben. Fesch. *alleg. loc.* (2.) † nec non ipsemet tenor Confraternitatis: daß alsdann derselben abgegangene Fürstenthumb / Graffschafften und Herschafften / Lehen- und Mannschafften auff die andere Parthey / und ihre Leibes Lehens Erben gäntzlichen / zumahle zu Erbeigen gefallen seyn / und erblich bey ihnen und ihren Erben / als ihren

23 rechten Erbherrn bleiben sollen / † qvæ verba (gefallen seyn und bleiben sollen) non futuri sed præteriti sunt temporis, & actûs, jurisq; qvæsiti perfectionem innuunt, solius executionis effectô dilatô, Reinking. *dict. cap. 18. n. 24 in fin.* (3.) Accedunt tandem hæc pacti verba:

24 † daß wir Gott zu Lob und Ehr / und mit wolbedachtem Muth und beyseyn unserer Räthe / Manne und der unsern / umb angeborner Liebe / rechter Treue / und sonderlicher Freundschafft willen unsern Landen und den unsern zu Friede / und ihnē zum besten, erblichen solche Brüderschafft erneuert und uns verbrüdert / gütlich

vereinet

vereint/ zusammen gesetzt/ gegeneinander auff-und übergebungen gethan haben/ verneuren die/ verbrüdern/ vereinigen uns/ und thun uns zusammen/ ubi ea imprimis † notatu digna monet Rein- 25
king, (auff-und übergebungen) qvæ cessionem inferunt, adeòq; juris translationẽ operantur, Gloss. *in l. ult. ff. de donat.* Joh. Vincent. Honded. *vol. 1. consil. 91. n. 24.* qvibus si addantur verba subseqventia (thun auch gemeldte auff- und übergebungen gegeneinander gegenwärtiglich) † de præsenti cessionem factam esse, ulterius non am- 26
bigendum dicit, *in tract. de regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 4. cap. 18. n. 24.* Nec qvicqvam obest, qvod per solam traditionem dominium transferatur, *§. per traditionem, Inst. de rer. divis.* † Licèt enim vera 27
& naturalis non accesserit pacto successorio traditio; tacita tamen & repræsentata intervenisse creditur hôc ipsô, qvô qvilibet socius & consors, qvod possidet, non suô tantummodò, sed communi nomine possidet, atq; ita per constitutum civilem possessionem † in socios 28
& consortes pro indivisô transferre intelligitur, *l. 1. in fin.* *ubi* Bartol. *n. 1. ff. pro socio.* Nec enim novum est, ut per fictam vel imaginariam duntaxat traditionem res transferatur, *§. interdum etiam. & §. item si qvis merces, Inst. de rer. divis. l. 1. § si, d. jusserim. 21. vers. nam pro tradito. ff. de acqvir. vel amitt. possess.* Jacob. Cujac. *lib. 4. observat. 3.* Joh. Harppr. *ad dict. §. per traditionem. n. 2. & §. interdum etiam. n. 1.* † qvod 29
æqvè per constitutum ac veram & realem traditionem fieri potest, *l. qvod meo. 18. ff. de acqvir. vel amitt possess. l. qvidam mulier. 77. ff. de rei vendic.* qvin & ex causâ favorabili (qvalis procul dubio etiam est Confraternitatis, Andr. Gail. *lib. 2. observat. 127. n. 2.* Reinking *dict. cap. 8. n. 9.*) † dominium sine traditione ac possessionis apprehensio- 30
ne transfertur, *l. ult. C. de SS. Eccles. l. commissa. 14. ff. de publican. & vectigal.* Reinking *dict. loc. n. 16.*

LXIII.

Porrò ex hisce pronô qvasi fluit alveô alius Confraternitatis effectus notatu æqvè dignissimus, † qvod nempe utriq; familiæ in 31
bonis alterius jus irrevocabiliter sit qvæsitum, qvod nec per testamentum, nec aliam ullam dispositionem minui & inverti potest, Joh. Casp. Guttich. *de confratern. concl. 5. lit. d.* Reinking. *dict. cap. 8. n. 9.* Ex qvô enim pactum nostrum valet † in vim contractûs, legis 32
vel statuti, *suprà th. 61.* Gail. *dict. observ. 127. n. 5.* Udalr. Zas. *dict. consil. 1. n. 19.* firmissimè inferre licet, ad effectum ejus irrevocabilem,

M †qvia

33 † qvia portio ex contractu vel jure statutario debita nullâ aliâ pa-
ctione seu ordinatione est auferenda, *l. si arrogator. 22. §. 1. ff. de adopt. l. Papinianus. 8. §. si qvis impubes. ff. de inoff. testam. l. jam patronus. 28. ff. de testam. l. 3. ff. de interd. & releg. Nov. 22. cap. 33.* Anton.
Tessaur. *decis. 34. n. 3.* Octav. Cacheran. *decis. 139. n. 1.* Atq; hinc fit,
34 qvod portione statutariâ ex bonis defuncti conjugis sibi debitâ † su-
perstes privari neqveat, *cap. Raynutius. 16. in med. vers. praecipientem idem judex, extr. de testam.* Ern. Cothman. *vol. 1. cons. 74.* Andr. Gail
lib. 2. observat. 86. n. 17. Hieron. Panschman. *part. 2. qvaest. 5.* Matth.
Wesemb. *in parat. ff. unde vir & uxor. n. 3.* Matth. Coler. *part. 1. decis. 54. n. 27.* Et qvis etiam nescit, pacta futuræ successionis, qvæ valent
35 jure contractûs, cessionis vel donationis inter vivos † non unius sed
mutuô demum utriusq; partis dissensu revocari, Matth. Wesemb.
cons. 63. in fin. Nicol. Boër. *decis. 355.* Aym. Cravett. *consil. 19. n. 1.*
Honded. *vol. 1. consil. 40. n. 69. & 70.* scilicet qvia nihil tam naturale,
qvam eo genere & modô, qvô qvid colligatum est, rursus dissolvi,
36 *l. nihil tam naturale. ff. de Reg. jur.* † Non ergò uni permittendum,
qvod utriusq; demum partis voluntate & consensu fieri potest, Rein-
king. *dict. cap. 18. n. 22.* Planè inficias ire haud possumus, extinctâ
demum alterâ familiâ, bona ejus superstitis administrationi subjici,
uti ex tenore Confraternitatis liqvescit; attamen parùm effecti ac-
37 cedit inde revocationi: cùm † dilatâ saltem executione actuali in
casum familiæ extinctæ, jus interim radicatum alteri familiæ com-
petit longè firmissimum, Dauth. *de testam. n. 268.* Surd. *decis. 33. n. 30. & seq.* Regn. Sixtin. *vol. 2. consil. Marpurg. 19. n. 27. & 28.*

LXIV.

Effectus qvoq; Confraternitatis Saxonico-Hassiacæ non mini-
38 mus consistit † in mutuâ jurisjurandi & homagii præstatione, qvæ
ab utriusq; partis subditis exigitur, juxta tenorem dictæ Confraterni-
tatis: und jegliche Parthey hat der andern Parthey auff solche Brü-
derschafft/ auff- und übergebung/ alle ihre Mannschafften/ sie seyn
Graffen/ Herren/ Ritter oder Knechte/ Burgmannen/ Voigte/
Haupt- und Ambtleute und Bürger/ etc. eine rechte Erbhuldigung thun
lassen. Joh. Casp. Guttich. *dict. loco. concl. 9. lit. c.* Theod. Reinking.
39 *cit. cap. 18. n. 25.* Bartol. Muscul. *de confrat. th. 5.* Ex qvô fit, † qvod
Elector & Duces Saxoniæ Principum Hassiæ subditos ac ministros &
vice versâ hi illorum, fideles (ihre liebe Getreue) appellitent, &

munente Reinking. *loco alleg. n. 25.* Ubi notari velim, homagium id præstari absente alterâ familiâ, † nec opus esse, ut mutuæ homagii literæ invicem exhibeantur, vel nomine alterius familiæ Legati intersint actui huic, licet qvandoq; propriâ sponte adfuerint. Qvâ de re 40
† ita verba habent protocolli conventûs Naumburgensis *de anno 614.* die beschickung wäre nicht *jure Confraternitatis*, sondern aus freyen willen geschehen / bedürffte auch ferner nicht der außwechselung der Huldigungsbrieffe weil der Lehen und Erbhuldigungs Eyd also *formaliter*, daß die unterthanen auff begebende Fälle sich so bald an des andern Hauß halten müssen; Formulam ejus hanc ponit Guttich. 41
dict. loco: † Ihr werdet schweren und geloben / daß ihr dem Durchläuchtigstē Hochgebornen Fürsten und Herrn / Herrn N N. und Ihro Fürstl. Gnaden Ehelichen manlichen Leibes Lehns Erben / treu / hold und gehorsamb seyn sollet / und nach absterbē derselben (welches doch Gott gnädiglich verhüten wolle /) und deren mänlichen Leibes-Erben / dem gantzem Hauße N. und da auch dasselbe nach sonderbahrem unerforschlichem Rath und Willen Gottes gäntzlich mit tode abgehen solte (welches doch Gott gnädiglich abwenden wolle /) alsdañ 42
dem Fürstlichen Hauße N. &c. & formulam † juramenti Cassellis *an. 1567.* à subditis Hassiacis Hassiæ Landgraviis & Saxoniæ Ducibus præstiti, refert Reinking. *dict. cap. 18. n. 25.* Ex qvô & hoc inferre licet, præstationem homagii in alterâ familiâ non inducere jus purum subjectionis & superioritatis, prout autumat Reinking. *dict. cap. 18.* 43
n. 26. † sed suspenditur id ad casum contingentiæ, Musc. *dict. loc. th. 52.* Guttich. *locis alleg.* Nam uti homagium purum absq; ullâ morâ subjectionem causatur, ita per modum seu conditionem attemperatum non prius subjectionem importat, nisi modus vel conditio fuerit adimpleta, Muscul. *dict. th. 52.* 44

LXV.

Et tandem silentiô sepeliri haud debet † defensio mutua, qvæ insignis Confraternitatis habetur effectus; de qvô ita loqvitur pa- 45
ctum Saxonico Hassiacum: † So sollen und wollen wir unser jeglicher dem andern getreulich mit Landen und Leuten wider aller männiglich / niemands außgenommen / beholffen seyn / unser jeglicher des andern Land und Leute / ihr Gut und Haabe / gleich seinen eignen Landen und Leuten helffen wehren / schützen / schirmen und vertheidi- 46

 gen /

gen / wann und wie offt das immer noth / ohn gefehrde. Cùm
47 enim (1.) † pactô successoriô talis contrahatur amicitia, ut Domini
Confratres in unam qvasi coëant essentiam, & ex pluribus familiis
una constituatur, Schönborn. *2. polit. 23.* Udalr. *Zas. dict. consil. 1. n. 7.*
juri, & æqvitati consentaneum est, ut ab omni injuriâ se invicem de-
48 fendant, Bartol. Muscul. *de confrat. th. 47.* (2.) † Et cur non æqvalis
navaretur opera in defendendis Confratrum pariter & propriis bo-
nis, postqvàm utrôq; in casu propria agitur causa, non saltem pro-
pter infallibilem eveniente conditione spem succedendi, sed etiam
constitutum ex utrâq; parte possessorium, effectu qvantumvis sus-
49 pensô, *suprà th. 62.* (3.) † Ne dicamus, qvod injuria uni de familiis illa-
ta ad omnes Confraternitate conjunctos spectare videatur, *arg. l. 1.
& l. 2. ff. de liber. caus.* Guttich. *dict. loc. concl. 8. lit. g.* ut hinc pactum
successorium necessariò seqvatur mutua defensio. Qvid autem si duo
50 Confratres † inter se bella gerant, cuinam ab aliis succurrendum?
Neutri hôc casu auxilium præstandum, statuit Alberic. Gentil. *lib. 3.
de jur. belli, cap. 18.* eò qvòd nemo teneatur suos opprimere socios
51 † Tandem tamen idem Gentil. pro vetustiori Confratre concludit,
qvia fraternitas, qvæ vetustiori nititur jure, semper est fortior,
52 Schönb. *alleg. loco.* Tutior † videtur decisio Guttich. *dict. lit. g.* am-
bobus Confratribus bellum inter se gerentibus, illi succurrendum
fore, qvi justam belli fovet causam: qvia causâ deficiente bellum de-
generat in latrocinium. Non opus forsan † de hôc controverti, si
53 Confratres suum faciant officium, ac sine præscitu, consiliô & per-
missu Confratrum, bellum non suscipiant, Alexand. *5. consil. 114.*
Muscul. *dict. loc. th. 48.* Sed manum de tabulâ.

Corollaria.

1. IPso qvantumvis jure nullum existat testamentũ in qvô liberi vel parentes sunt præteriti, Legata tamen ex eô veniunt præstanda.

2. In testamentô pestis tẽpore cõfectô, jure civile nihil de numerô testiũ solenni remissum est.

3. Non debetur Legatũ, qvod qvis sibi vel liberis suis in testamento suâ manu conscripto, dictante licet testatore assignavit.

4. Statuta Laicorũ in Civitate aliqvâ obligant qvoq; Ministros Ecclesiæ, sed non Professores in Academiâ.

5. Prædii in feudum dati incolæ à Principe infeudante collectari possunt: qvia subditi Vasalli ipsius domini sunt subditi.

6. In causis qvoq; matrimonialibus deferri potest à judice actori juramentum in supplementum [illegible] ac non jusjurandum purgatorium, si præsumtiones adsint sufficientes; qvalis non est nuda sponsi confessio.

SOLI DEO GLORIA.

NDEX RERUM & VERBOrum hoc in Commentario comprehensorum, qvorum prior numerus Caput, alter Sectionem, posterior Marginalem numerum ostendit.

A.

I N D E X.

Au-

Bellum

Capi-

Caro-

CAROLUS IV.

nec

Comi-

Con-

CON-

CONVENTUS.

CONVOCATIO STATUUM.

CORONARI.

Dona-

EDUARDUS.

EGIDDA.

ad

ELE-

EPI-

à Fer-

Foedus

Fœdi-

i Fœde-

lam

Gal-

Ger-

GRA-

Helve-

HERALDUS.

HERBIPOLIS.

HERES.

Hollan-

in

Impe-

u

Lace-

LEX FUNDAMENTALIS.

LEX REGIA.

per

Ludo-

Ma-

Aqvi-

m-

MO-

Mon.

INDEX.

ORDINES IMPERII.

ORTENBURGICUS.

OTTHO.

OTTOCARUS.

P.

PACIFICATIO RELIGIOSA.

Pa-

PACTUM.

PALATINUS.

Papa-

Cam-

Vera

POLONIA.

POMPEJUS.

POMUM.

PONTIFEX.

Pon-

vitio-

Prin-

Prin-

PONTIFEX.

Pon-

gi

PRAGA.

PRÆCEDENTIA.

PRÆLATUS.

PRÆMIUM.

PRÆSCRIPTIO.

Prin-

Pro-

ſ 2 tur

Regis

cum-

STATUA.

STATUS IMPERII.

ad

SUB-

jura

Va-

Vecti-

VICA-

VICARIATUS.

VICEMARESCHALLUS.

VIDERI.

ULADISLAUS.

ULRICUS.

UNGA-

FINIS.

Vene-

 Vica-

VICA-

F I N I S.